Anceb.

# TENTAMEN

# HERPETOLOGIAE;

AUTORE

## JACOBO THEODORO KLEIN.

CUM

PERPETUO COMMENTARIO.

Accessit J. A. UNZERI *OBSERVATIO* DE *TAENIIS*

Latine reddita, cum DUBIIS CIRCA EANDEM.

---

*Belluam vidi pedibus carentem,*
*Quæ suos gressu celeri ad recessus*
*Pasta se confert; modo qualis hæc sit*
*Dic mihi quæso!*

*Dic! quibus terris animans alatur,*
*Cui procul victu faveat per annos*
*Aura vitalis; juvenescat immo*
*Pelle levata.*

---

*LEIDAE & GOTTINGAE,*

Apud ELIAM LUZAC, JUN.

MDCCLV.

Ovid. Tr. 3.

*Sanguine Centauri Lernææ Sanguis Echydnæ*
*Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat.*

# LECTORI BENEVOLO.

SPEM *circa finem historiæ* QUADRUPEDUM *concepi, fore ut* HERPETOLOGIAM *ante plures annos tentatam severiori examine limarem. Non in irritum cessit* SPES *mea: Ideo moras facere nolo, quin* TE*cum*, BENEVOLE LECTOR, *ocyus* EANDEM *communicarem. Accipe bono animo* lucubratiunculas *cum* Commentariolo *ex schedis meis congesto*, TUAE*que* JUSTITIAE & BONITATI, *quibus reliqua opuscula mea suscepisti, comiter commendatas habeas.*

 Nec

*Nec* virus *in iis nec* noxa, *nisi ex improviso malis vel Angue pejoribus; quippe*

Si bene facta locas male simplex atque benignus,
  Non bene facta quidem sed male facta puta.
Ingratis servire nefas Gratisque nocere.
  Quod bene fit Gratis, hoc solet esse lucro.

*VALE & FAVE. Scripsi* V. *Febr.* 1752.

TEN-

# TENTAMEN
# HERPETOLOGIAE.

§. I.

HERPETA (*a*) ſunt animantia apeda (*b*), corpore elongato, quod volutim & flexuoſe loco in alium movetur (*c*), & ſinuoſum quieſcit.

SERPENTIA animantia idem ſignificant: nobis quippe ſerpens participium eſt a SERPO. Subſtantive ſumpto vocabulo *Serpentis* non utamur; confundit enim apud autores *ſerpentia* cum *repentibus*, comprehenditque communiter non ſolum ANGUES, ſed & SEPES, SALAMANDRAS, LACERTOS, imo Polypedia, ut SCORPIUM, SCOLOPENDRAM (*d*), quæ gradiendo ſe non attollunt, ſed pedibus *humo repunt*.

SERPENTIUM autem duo ſaltim Genera ſumma habemus, ex quibus HERPETOLOGIAE duos ORDINES conſtruximus: I. ANGUIS. II. VERMIS. Ambo HERPETA ſunt, minime tamen inter ſe confundenda. (*e*)

* * *

(*a*) Ab ἕρπειν i. e. abſque pedum adminiculo ſerpere; quod & *Galenus* innuere voluit, inquiens: „ ἕρπειν proprie de Serpentibus dicitur & „ Vermibus, quibus pedes deſunt, *improprie* etiam de pedeſtribus „ omnibus, quæ tardius repunt:" ita & *Aldrovandus:* ἑρπετὸς, Serpens, quod citra uſum pedum & tantum vi coſtarum repit. Sic ἑρπετὰ

animalia sunt quæ serpunt; ἑρπετώδης naturæ serpentis vel reptilis qui sit, *Oppian.* *Germanis* serpentia, schleichende Thiere durch ungerade wege/ repentia, kriechende Thiere.

(*b*) Ergo in illorum censum non ingrediuntur insecta pedata, sive sint volatilia, sive mere terrestria; nec pisces huc trahendi, qui & *repere* & *serpere* Hebræis potissimum dicuntur; *Missubus* de Hist. Pisc. passim.

(*c*) Neque Anguium transversas squamas ventrales, musculis licet distinctis connexas, nedum, secundum *Swammerdamum*, quintuplicem *lumbricorum* seriem excrescentiarum spinosarum per integram longitudinem, quibus tanquam uncinulis nunc hanc nunc illam corporis partem affigunt, roburque addunt, ad motus loco in locum peragendos, pedes dixeris propriè tales: analogice quidem *Cardanus* & *Isidorus* Serpentibus costas pro pedibus esse & squamas pro unguibus scribunt: nec *Aëtius* nobis contrarius, quod Cerastis squamæ circa ventrem pro pedibus sint; quibus adde *Severinum* qui de vipera Pyth. p. 216: Animantibus etiamsi videantur deesse nonnulla aliquando, partes tamen his semper esse analogas, quod ad pedes Anguium analogos applicat autor; conf. *Fabrit.* de gressu animal. & libro de reptatu.

(*d*) Nonnulli hujus confusionis ansam sibi sumpserunt a callosa pelle nonnullorum vel exuviis squamatis. Dicuntur autem animalia quocunque cortice tecta unico vocabulo, φολιδωτὰ, priscis Græcis. Est autem φολὶς *Arist.* H. A. l. 1. c. 6. squamis similis, aliquando rigidior & durior, ut in Testudinibus & Crocodilis, aliquando tenuior, ut in Serpentibus & Lacertis; conf. *Rondel.* de Pisc. l. 2. c. 3. Porro *Philosophus* de part. anim. l. 4. c. 1. ait: nullo modo evariare *Serpentinum* genus inter sese; omnia simillima *Lacertis* obtinere terrestribus & oviparis, interna, externa, supina, prona. Imo H. A. l. 2. c. 17: „ si *pedes* Lacertis demas, & *longitudinem* addas, *Lacertus fit Serpens*, si „ addas Serpenti & contrahas, *Serpens fit Lacertus.*" Sic monstra fingit *Philosophus*; adde Lacerto *pilos*, ut fiat *Mustela.* Ratio sit interpres libri naturæ (*) & nos ex eodem in agnitione DEI tanto magis proficiamus, quanto magis ratio *beneficio Systematis* exculta fuerit. Creaturæ enim omnes, quæ sunt verbum DEI loquentis, omni momento ut sint, dependent ab actuali loquela DEI; hinc Liber naturæ continet verbum DEI viva voce ad nos loquentis; quoniam vero verbum DEI sanctum, cui nihil addendum, nihil demendum, omni animi sollicitudine sibi cavere debent *Historiæ naturalis Scriptores*, ne falsa immisceant veris.

* *Lib. Baro de Wolff* Ethic. l. 3. §. 457. & *Sarasa* arte semper gaudendi parte 1. tract. 5. §. 2.

(*e*) Omnes vermes pedati (comment. *b.*) propriissime sunt insecta; transformationi obnoxia.

§. II.

§. II.

# ORDO I.

Ordo I.

ANGUIS (*f*) eſt animal Herpetum ſanguineum; transformationi non obnoxium (comm. *e*).

Capite (*g*) caudaque differentibus. Cute corticata (*h*) mirifice picta (*i*); pulmone reſpirans (*k*); organis ſenſoriis (*l*), vertebris coſtisque per longitudinem corporis (*m*) præditus.

Plurimi exuvias annuatim, pauciſſimi bis deponunt (*n*).

* * *

(*f*) Quod in angulos cedit, dum movetur; ita communiter. Volvitur enim & circumvolvitur oblique & volutim, quod quidem & Vermes commune habent; plicatur & complicatur orbibus & ſpiris. Nomen fuit generale non minus ac Serpens, & olim *Latinis* in ſpecie dicebatur Anguis.

(*g*) Sunt capita rhomboidea, pyramidata, elongata, lata; maxillis protuberantibus; breviora, in acumen convergentia; compreſſa, rotundata, detonſa. Collo revera ſerpentia carent.

(*h*) Vel ſquamata, ſquamis evidentibus uti *piſcium*, ſive oculo armato illucentibus, prout *anguillæ*, autore *Leuwenhoeckio*, Miſſu III. de *piſcibus*; vel toroſa eminentibus circulis, uti Amphisbæna Ibijara, albus, ſplendens inſtar vitri, annulis lineisque circinatis notatus.

(*i*) Picturæ & Ornamenti, nec non formæ ſtupenda varietas, qua colores, tænias, maculas, inſcriptiones & quæ reliqua. Ambigo, an antecedant volatilia angues venuſtate & colorum variegationibus. Cum ſtupore quodam obſervamus, inquit *Jo. Faber Lynceus*, quod inter creatas a Deo O. M. beſtias vix ullum earum genus reperiamus, in quo *varietas* major, *virulentia* ſævior, *naturæ potentia* unitior elucescat. *Iſidorus* dicere ſolebat: Serpentum tot ſunt venena, quot genera, tot pernicies, quot ſpecies, tot dolores, quot colores. Palmam autem præripiunt Europæis illi, qui ex vivariis Aſiæ & utriusque Indiæ comportantur.

(*k*) Non tamen indeſinenti & reciproco motu, intervallis brevibus, extenſis & contractis aërem hauriunt & reddunt, ſed ſemel inſpiratum aliquamdiu retinent; ſunt enim natura frigidi, aëreoque pabulo non multo indigent, unico tantum cordis ventriculo inſtructi. *Raj.* Syn.

(*l*) i. e. Audiunt, vident, olfaciunt, guſtant; conſequenter habent meatus *auditorios*, *oculos*, *nares*, vel narium foramina, vel eorum vices ſuſtinentia organa, *linguam* & *palatum*, illam falſo trifidam, quum *Plinio* ob celerem motum apparuit triſulca, prout & *Senecæ* in Medea vſ. 686.

ORDO I.

—— *Serpens corpus immensum trahit*
*Trifidamque linguam exertat, & quærens, quibus*
*mortifera veniat.*

Tactus omnibus animantibus est communis. Auctores tamen circa sensus in diversas abeunt partes, quoties nec *auriculæ*, nec *nares*, nec *oculi* recta in hominum oculos cadunt; Interim *Aristoteles* & *Plinius* naribus quidem carere, sed ad respirandum foramina habere ajunt. Quidni respirarent in orbem convoluti Angues, altoque somno sepulti? Aliter respirant VERMES. Quidni olfacerent per foramina naribus analoga; quod communis autorum sententia est, angues acuto præditos esse olfactus sensu. A multis seculis res in confesso fuit, omnia quadrupedia esse oculata; sed *Talpa* per totidem secula fuit symbolum invincibilis cæcitatis. Aures externæ si non adsunt, non tamen desunt meatus auditorii, in pluribus manifesti, in reliquis non detecti. Recte *Seba* in thesauro suo p. 77. „ Externe in serpentibus æque ac lacer-„ tis nullæ visuntur auriculæ; unde tamen haud juste inferas, *auditu* „ illas *carere*, quum cantu volucrum excitatæ his capiendis sese ac-„ cingant; interim *aperturam* auditus organi hactenus invenit nemo." Sed quid si dixerim, vel per os sensum auditus concipi, mediantibus tamen organis nondum nobis expositis? Nam, si verum est, quod angues audiant, prout revera ita est, quis negaret organa auditus? Nonnulli cæcutire dicuntur, utpote oculis quidem instructi, ast densa tunica tectis, cum alii penitus visu privati sint, ne vestigia quidem oculorum monstrantes, interim tamen sagaciori *olfactu* præditi. Cœcilia non dicitur *cœca*, quod oculis careat, sed quod illos valde habeat parvos. Ibyara Cega *Marggr.* Cobra vega *Pisonis* oculos habet minutos vix conspicuos; hærent in cute instar punctuli acu facti; sub terra vivit, prout *Talpa*, & illam fodiendo eruitur, non tamen, si ex consilio *Aristotelis* huic angui addantur pedes, mox fieret talpa. Sic oculis, visu, reliquisque sensibus multi angues temere sunt privati. Melius *Aldrovandus* de Serp. p. 8. Serpentes habere *omnia sensoria* reliquis animalibus similia, nimirum nares ad olfaciendum, oculos ad videndum, aures ad audiendum, sed hæ non eminent, quemadmodum neque in avibus, sed foramina tantum apparent; & *Plinius:* Pennatorum Buboni solum & Otæ plumæ veluti aures sunt; cæteris sunt Cavernæ ad audiendum, quas intuemur in *serpentibus*. De Naribus *Aldrov.* meatus etiam narium ante os habent, sed non ita explanatos, ut nares appellari possint; sufficit enim, ut spirandi munere tantummodo fungantur. *Idem* de Cæcilia: quod cæcula Serpens luminibus priva censeatur, hoc inter tot anguium species admirationem afferre non debet, quandoquidem inter tot animalia quadrupeda talpa etiam oculis caret, licet in illa, ad mentem *Philosophi*, ablata pelle, locus oculorum appareat. Mihi non constaret Tecum, Lector benevole, si dixerim: Centum anguium species audire, olfacere, videre, reliquos

quos ſenſoriis carere, quia horum facultates compertas non habeo, prout illorum. Si audiunt, neceſſario habere debent meatus auditorios organaque auditus qualiacunque. ORDO I.

(*m*) Vertebræ in minoribus plus minus cartilagineæ; Coſtæ ariſtis piſcium coſtisque haud abſimiles; in anguibus majoris molis vel viginti pedes ſuperantibus & vertebræ & coſtæ mere oſſeæ ſunt ſubſtantiæ. Omnes ſunt *mobiles*, atque flexus, rotationes velociſſimasque vibrationes libere concedunt. Vide maximæ Serpentis Ceilonicæ Sceleton apud *Sebam* Theſ. II. p. 115. t. 108. ibique Cranium tripartitum, binas oculorum orbitas, nares, maxillam ſuperiorem dentibus carentem, inferiorem recurvatis dentibus, vertebras, coſtas, os occipitis, vertebram utrinque coſtatam & foramina, per quæ nervi & vaſa deferuntur, cum monitu *autoris*, ne quis oculo minus attento hæc prætervideat & pro *adiaphoris* reputet, infinitam Summi Conditoris potentiam ipſumque Numen turpitur contemnens. Sed quare hæc & non aliter? Vide la *Bibliothèque raiſonnée* tom. XXXV. p. 7. „ Il faut toujours ſe defier d'un ſyſtème, qui explique „ les vuës d'un Créateur par une Idée, qui ſaute aux yeux d'une Créa- „ ture; c'eſt conſulter un Enfant ſur les raiſons, qui conduiſent les traveaux d'un grand Architecte." Multorum mandibulæ *dentibus* virulentis, plurium caninis quoque, præ reliquis longiſſimis inſtructæ; aliorum maxillæ denticulis in gingivis replicatis obſeſſæ ſunt & funeſtis, ſi morſu lacerant tendines & nervulos ad uſque inflammationem; in multis aſperæ ſaltim videntur gingivæ; ſunt enim ora penitius nondum perquiſita.

(*n*) Non quidem, me judice, omnes. Quippe Angues, quorum vertebræ & coſtæ mere oſſeæ ſunt, *exuvias* non habent, ſed Coria valde craſſa, quæ deglubi nequeunt, ſed machæra tondi debent, qualia anguium Surinamenſium olim habui; forte nec angues cute toroſa (comm. *h*).

## §. III.

## *CLASSIS I.* CL. I.

### ANGUIS CAPITE DISCRETO, CAUDA DECRESCENTE.

Angues, etſi collo careant (comm. *g*), plurimi tamen habent *capita* diſcreta, qualia ſunt capita anguillæ, murænæ vel quadrupedum depilatorum (*o*), nec tamen impediuntur vibrationes. (comm. *m*). *Cauda* vero in hac Claſſe, ab ano partibusque genitalibus originem ſumens plerumque ſic attenuata, ut in exitu acutiſſima videatur;

 tur;

CL. I. I. CAPITE DISCRETO —
tur; longior & brevior in diverſis; nudа; nonnullorum ſingulariter hirta (*p*).

* * *

(*o*) Lacertorum nimirum, & quæ ejus farinæ.
(*p*) Scilicet inſtrumento admonitorio ſingulari prædita, uti in Angue *caudiſono*; quandoque in exitu acute cornea.

## §. IV.

Ad CLASSIS hujus GENERA formanda, ORA Anguium ſunt introſpicienda (*q*): an ſint evidenter dentata? quales ſint dentes (*r*)? an vero deliteſcant (*s*)? vel nulli adeſſe videantur (*t*)?

* * *

(*q*) Commercium in Ora Quadrupedium nimis periculoſum eſt, plerumque temerarium. Angues ita vehementer non pertimeſcimus, quod glebæ terrarum ſunt adſcripti, pedibusque carent, quinimo patulo ore linguamque extra os vibrantes communiter offenduntur, quaſi de ſe prædicantes, virtutem ineſſe oribus ſuis, in quibus debellari debeant, vel maximæ molis. Sic capite læſo, aut ſpina vel baculo fracto, frangitur ſimul anguium fortitudo.

(*r*) Hæc nota generica minus fallit, ac multum fallunt multorum *puerperia*: an hæc vel illa Serpentum viviparæ ſint, an oviparæ? an venenoſæ & crudeles, aut mites & innocuæ? utrum capita ſint ſatis depresſa, an nimis elata? quæ notæ Viperarum eſſe ſolent: quum tamen experientia doceat, non omnes Viviparas eſſe Viperas. Porro, utrum capita ſatis ſint producta vel contracta? elongata ſive roſtrata, an vero expanſa? an ſquamæ plus minusve rudes, an læves, ut corpus dici queat hispidum, nec ne? an breves & in exuviis tenaces, ut glabrum videatur? Quæ omnia quidem ad Anguium *hiſtoriam* pertinent, nihil vero ad eorum *Ordinem* faciunt. Optimus *Seba* in theſauro ſuo angues plurimos vel ore clauſo vel aperto ita exhibuit, ut ne veſtigia quidem dentium oculis attingere liceat, quorum tamen morſus valde lugubres vel ipſe accuſavit, vel maxime fatales alii tradiderunt. *Catesbejus* non niſi Sex Viperarum dentes exhibuit; de reliquis nulla mentio facta; vult denique *viperas* depreſſum habere caput, fere triangulare *tab.* 41. ſcilicet viperæ caudiſonæ Americanæ primæ; mox autem apparet caudiſona minor ſecunda *tab.* 42. capite elato, roſtro producto; *illa* dentibus lethiferis caninis inſtructa; in *hujus* licet patulo ore nulli canini oſtenduntur; interim tamen *Idem:* La morſure de ce Serpent eſt très-venimeuſe. Rurſus Ceraſtes, Hæmorrhois, Aſpis, Ammodites plures dicuntur *viperini* eſſe generis, quod prout viperæ vivos pariunt pullos, dirumque habent venenum; ſed talia difficul-

ter

I. Capite Discreto—

ter experimur, unde ſingulos ad viperas numeraremus; & quis eſt, qui omnium anguium puerperiis interfuit, aut ſingulorum prolem ſalutavit? Sic arduum plane opus eſt circa Serpentinum genus. Nec labori nec periculo parcere decrevi, ut tentarem Serpentologiam. Viperas dixerim omnes angues evidenter dentatos, & quidem I. Dentibus anticis caninis, longiſſimis; II. Omnibus dentibus pectinatis, Lucii piſcis vel Crocodili æmulis, i. e. ſubuliformibus. *Cl. I.*

(*s*) Colubri audiant Angues dentibus deliteſcentibus, vel vix conſpicuis; minus nocivi; quod priſci Colubrum anguem domeſticum, aquaticos angues proprie Serpentes dixerunt. Permulti nomine Colubri tanquam mites & innocui celebrantur, vel quorum morſus non niſi inflammationem partis læſæ inducit facile tollendam.

(*t*) Anodon, Ἀνόδυς, edentulus; mandibulis calloſis, fimbriatis & ſerratis.

Tribus his Generibus abſolvi poterit Anguium Claſſis Prima.

§. V.

## GENUS I. G. I.

## *VIPERA.* (*u*)

I. Dentibus anticis caninis; longiſſimis; mobilibus (*w*) ΚΥΝΟΔΟΝ.

A. Vipera vulgaris variorum locorum. Ἔχις, mas, Ἔχιδνα, fœmella. A viper, Adder. Viper / Natter; Viper-Natter; Otter. Brandſchlang. Tyrus, *Arab.*

1. Vipera Europæa (*) in conficiendis paſtillis theriacalibus *Grevini; Nicandri; Geſn. Aldrov.* aliorum.

(*) Differunt Viperæ *vulgares* inter ſe pro regionum varietate, ſtatura & proceritate. Capita habent plerumque depreſſa;

*—— quarum ſatis ampla pateſcunt*
*In latum capita ——*

Marem dicunt binos tantum caninos dentes habere, reliquis omnibus in gingivis deliteſcentibus; *Grevin. Aldrov. Fr. Redi.* Communiter in medio dorſo linea nigricans utrinque dentata, ſeu catenula macularum a capite ad caudam. Cauda ultra excrementorum exitum ad quintam longitudinis partem protenditur, & in acutum terminatur.

2. Vipera, ex rufo nigra, brevis & craſſa; capite *admodum* lato, *depreſſo*, mit gepreſten kopf; ingenti rictu. Irritata enim valde deprimit caput & ad latera extendit. Mandi-

CL. I. I. CAPITE DISCRETO—

G. I. 1. VIPERA.

1. ΚΥΝΟΔΟΝ.

A. VULGARIS.

dibulæ innumeris dentibus pectinatæ; duobus caninis ore exertis. Caroliniana; *Catesby* tab. 44.

3. VIPERA tota e cinereo fuſca; capite *inſigniter producto*; duos pedes longa & proportionaliter craſſa. Denticulis quam plurimis in utraque mandibula, quibus antecellunt inſignes duo canini ad roſtrum; oculis igneis; lingua carnei coloris. *Catesby* tab. 45.

4. VIPERA, roſtro ſimo porcino (*). Anguis capite viperino *Catesby* tab. 46. Capite lato, depreſſo, inflatis buccis; mandibulis fimbriatis, in quibus latitant denticuli recurvi, conformes dentibus viperinis. Oculis albicantibus; ſuper dorſo fuſco & ad latera maculis atris; ventre parum albicante. Caput ſuperne brunum, maculis nigris longitudinalibus ad ſymmetriam pictum.

(*) Auctor nullus dubitat, quin ſit ſpecies *viperæ*, etſi dentes non invenerit caninos, forte propter ætatem adhuc breves; (peut-être ne paroiſſoient elles pas encore) forte non obſervavit illos replicatos, nam mobiles ſunt & abſcondi poſſunt; nec omni tempore viperarum ore exerti.

5. VIPERA vera Indiæ orientalis, *Seba* [tab. 8. n. 4. Caninis dentibus mediocriter craſſis ex ore prominentibus, quos longe evibrare potis eſt. Denticuli in fauces uſque. Dorſo ſub fuſco, maculis ſaturate fuſcis, majuſculis, confluentibus, & ſerpentino flexu ad extimam caudam decurrentibus. Teſticuli extrinſecus corpori appenſi.

6. VIPERA, Surinamenſis rubello quaſi cinere adſperſa, *Seba* tab. 8. n. 5.

ASPIS. 7. VIPERA ASPIS; Nili incola; capite ſuperne fuſco ac corpore tænia alba diſtincto; mandibulis albis (*x*) *Seba* p. 11. t. 10. n. 1. Squamæ ventrales albæ limbo rubello prætextæ; dorſum ſquamulis atris.

8. VIPERA ſimilis; Americana; mas & femina, *ibid.*

9. VIPERA capite vitulino, ore & occipite latis. Superna cutis rufula, catena ornatur obſcure ſpadicea. Pudenda conſpicua. ECHIDNA *Sebæ* t. 36. n. 2.

I. Capite Discreto— CL. I.
1. Vipera. G. I.
1. ΚΥΝΟΔΟΝ.
A. Vulgaris.

10. Vipera ex ſubrufo nigricante catena totum corpus percurrente. Teſtes concreti ſpecie unius, corpore propendentes. Echis americanus, *Sebæ* t. 36. n. 1.

11. Vipera collari luteo. Vipera viridis Americana, femina, ex inſula S. Euſtachii, *Sebæ* t. 36. n. 3.

12. Vipera cærulea, Americana, femina ej. loci, *ib.* n. 4.

13. Vipera Depone, ventre ex luteo & rubro variegato; dentibus truculentis (*y*). *Coluber Depone*, maximus, Mexicanus, maculis diſcoloribus, *Sebæ* t. 92. Depone.

14. Vipera flammea, Bitin; raro exemplo: Quatuor longis in rictu dentibus; ſquamis laxis, mobilibus, quæ erectæ ſtridulum ſonum edunt, flammæ in modum variegatis. Vipera Bitin, *colubri* de genere, major, Ceilonica. *Sebæ* t. 93 Bitin.

15. Vipera Bitin femina, (*) Ceilonica. *Sebæ* t. 94. n. 2.

(*) Ori tam ſupra quam infra haud plures quatuor inſident dentes longi, incurvi, acuti, quos emittere rurſusque recondere valet.

16. Vipera Tlehua ex inſula Celebes. *Sebæ* t. 59. n. 1. Colubro igneo *Luſit.* A vi toxica, quaſi ignea. Tlehua.

17. Vipera ex Kairo, diverſicolor, ſaturate ſpadiceo, rubro, flavo, albo, nigro, inter omnes eminentiſſima. *Sebæ* t. 27. n. 1.

18. Vipera capite aureo. Vipera Ceilonica, forma præſtans *Sebæ* t. 49. n. 2.

19. Vipera Mangonizo; Textorum (*). Vipera Americana, ex inſula Cuba, Mangonizo dicta, *Sebæ* t. 54. n. 3. Mangonizo.

(*) In capite & in univerſo corpore nativum textoribus exemplar, quod imitantes elegantiſſimam tæniam conficere posſent.

20. Vipera Inſularis; pictura in annulares quaſi inſulas diſtinguitur; fronte oblonga. Vipera pulcherrima Anticyris delata. *Sebæ* t. 54, n. 3.

21. Vipera Hebraica. Inſcripti characteres hebraicas quaſi lite-

CL. I. G. I. I. Capite Discreto—

1. Vipera.

1. ΚΥΝΟΔΟΝ.

A. Vulgaris.

literas referunt dilute flavi, ex ſpadiceo emarginati. Vipera japanica, literis inſcripta. *Sebæ* t. 54. n. 4.

Marassus. 22. Vipera Marassus, arabica; rictu fimbriato. *Sebæ* t. 55. n. 2.

23. Vipera crucifera; naſo cæruleo, minutam crucem inſcripto, imminentibus oculis. Coluber de Terragona mas & femina, *Sebæ* t. 60. n. 2. 3. Maris teſticuli grandes prope finem obtuſæ caudæ protuberantes.

24. Vipera ſtellata; fuſca nigris maculis ſtellatis diſtincta. Os dentibus plenum. Coluber ſtellatus, ex Rio de la Plata novæ Hiſpaniæ. *Sebæ* t. 60. n. 4.

Aconitas (Jaculus.) 25. Vipera, cauda aculeata. Cujus acumini extremo bini adhærent aculei, minuti, acutiſſimi, bifidæ Serpentum linguæ ſimiles; mandibulis latis. Serpens Acontias ſive Jaculus americanus ex inſula S. Cruez. *Sebæ* t. 64. n. 1. Squamis prægrandibus.

Jakana. 26. Vipera Jakana, Braſilienſis. *Sebæ* t. 28. n. 1. Ex rufo flava, maculis ſature rubentibus; mandibulis diductis.

Tamachia. 27. Vipera Tamachia; reticulata, ſquamulis dilute flaventibus & retis inſtar diſpoſitis; annulis ſaturate ſpadiceis; mandibulis latis. Vipera Braſilienſis Tamachia dicta, *Sebæ* t. 28. n. 2.

de Neustria. 28. Vipera de Neustria; curta & latiuſcula fronte; maxillis latis; oculis lucidis; naribus amplis; fronte oblongo notata triangulo, nigra inſcripta corona. Cobra ſeu Vipera de Neuſtria coronata Ceilonica. *Sebæ* t. 46. n. 2.

Cerastes. 29. Vipera cornuta Cerastes; e mari Adriatico, *Sebæ* t. 55. n. 3. Capite moloſſum referens, ore & maxillis brevibus, latis; dentibus acutis; naribus multum patulis.

Paraguajana. 30. Vipera Paraguajana; formoſa. *Sebæ* t. 74. Veſtitu adeo eleganti, cui ordine deſcribendo vix par eſt calamus; oculis minutis; naribus punctata macula albeſcentibus; maxillis latis.

Ammodytes. 31. Vipera Ammodytes (z); flammeis oculis, inſignibus;

I. CAPITE DISCRETO— CL. I. G. I.

1. VIPERA.

1. ΚΥΝΟΔΟΝ.

A. VULGARIS.

bus; ampla fronte; maxillis patulis, plurimos dentes emittentibus valde acutos. Coluber Ceilonicus, longiſſimus, torvus, Ammodites dictus, *Sebæ* t. 61. n. 1.

32. VIPERA HYAENA *Græc.* Zeboa *Hebræis.* orientalis. *Sebæ* t. 78. n. 1. maximopere alexipharmaca. HYAENA.

33. VIPERA DIPSAS (*aa*), Helluor *Arab.* Anger, Cruciator, *aliis.* Coluber AMMOBATES Africanus ex Guinea; *Sebæ* t. 78. n. 2. Morſu nocentiſſimus; alias formoſiſſimus. Caput planum, late devaricatis maxillis, ampleque patulo rictu. DIPSAS. AMMOBATES.

34. VIPERA ſquamis ampliſſimis in fronte; capite latiuſculo & depreſſo. Vipera americana eleganter maculata. *Sebæ* t. 35. n. 1.

35. VIPERA JARCARACUCU *Raj.* Syn. Decem interdum palmos longa. Dentibus grandiuſculis, quos, morſuræ, digitorum inſtar protrudunt, alioqui *buccis tectos;* præcipuum *in his virus.* Humor crocei coloris, adeo potens, ut 24. horarum ſpatio hominem de medio tollat. Plures ſimul enituntur fœtus. JARCARACUCU.

36. VIPERA Virginea; maculis purpureis; antici dentes canini pro corporis ratione minuti, attamen prominentes. *Seba* t 71. n. 3.

* * *

(*u*) Acontiæ. ſ. Jaculi vel Jaculatrices, imo Aeſculapii, Ammodytæ, Amphisbænæ, Aſpides, Colubri, Dipſades, Hæmorrhoi, Scytalæ, & plures multoties tam cum VIPERIS quam reliquis Serpentibus confunduntur, rurſusque hi cum illis. Amplificata patebit hæc confuſio in ſequentibus, inprimis in Viperis & Colubris *Linckii* & *Catesbeji.* Multum fallimur vel externa facie, vel coloribus Anguium (lit. *r*). Appoſite *Tourtonius* Surinamenſis ſcripſit ad L... Rotterd. *Journ. lit.* tom. 2. part. 2. p. 441. „ Il faut qu'on donne une autre deſcription de „ la VIPERE, ou qu'on ne diſe plus, qu'elle eſt la ſeule entre tous „ les Serpens, qui mette bas ſes petits vivants." Ex Epiſtola noſtra ad *Tourtonum* d. d. 13. Apr. 1730. ſequentia huc ſpectant: „ Recte mo„ nes VIPERAS vel *non ſolas* eſſe Angues, qui ſuos pullos vivos e„ dunt, vel alia definitione indigere; ego nomine Viperarum appel„ laverim Serpentes, quarum arma in ore plurimum valent præ reli- *Tourtonius citatus.*

 „ quo-

CL. I. I. CAPITE DISCRETO—

G. I. 1. VIPERA.

1. ΚΥΝΟΔΟΝ.

A. VULGARIS.

„ quorum armis fubdolis, five fint lethifera five non; non attentis
„ fingulorum puerperiis; ad concinnandam itaque *Serpentologiam*,
„ prius conveniamus de accurata omnium defcriptione; de externa
„ forma habituque trunci, exuviarum, caudæ, capitis, in primis de
„ *dentibus*. An dentes habeant caninos eorumque vel duos vel plures?
„ vel in alterutra vel in utrisque mandibulis? an vero edentuli fint,
„ vel fallaciter denticulati. Hæc cautela forte fufficeret, ad differen-
„ tias generum & fpecierum, illarum fcilicet, quæ nemora, agros,
„ faxa & ruinas incolunt, lacusve. Circa marinos angues ratio ha-
„ benda eft *apinnium*; quum *pinnati* vel ad latera vel in dorfo vel in
„ ventre ad pifces five anguillæ = five murænæ = formes fint refe-
„ rendi. Quis eft, qui vifo angue hariolaretur, effe viviparum?
„ Plerique funt venenofi, plures vivipari, non tamen viperæ. Ne-
„ que ferpentium definitio quid valet, fi cum reptilibus confundun-
„ tur, quod fecerunt *Grevinus*, *Charletonus*, *Plinius*, *Celfus*; hic Scor-
„ piones & Phalangia in Serpentum numero collocavit ——." De vifceribus viperarum conf. Vipera caudifona, quam D. *Edw. Tyfon* cultro anatomico fubjecit. *Tranf. Anglic.* No. 144. a *Jo. Rajo* Syn. quadr. p. 291. latinitate donatam. Bis in anno vipera *exuvias* deponere dicitur. Nicander quandoque magnas, quandoque parvas in Scenam producit. Vulgares alexipharmacæ Europææ & Ægyptiacæ raro fpithamas duas cum dimidia, vel tres, *longitudine* fuperant. Mittimus *Æliani* & *Poffidonii* angues jugeri longitudinis, & *Alexandri* ferpentem 40. cubitorum; dantur tamen angues IX. XVI. XVIII. XX. pluresque pedes longi; tantæ magnitudinis & *Cardanus* & alii recentiorum meminerunt; ipfe a *Fredero* Surinamenfi habui coria Anguium 15. pedes longa. De *tefticulis* viperarum, duplicique *pene* & *utero* bifido, vid. *Aldrov. Tourton.* (cit. loco) „ Obferv. en 1709. un de
„ 13. à 14. pieds de long, que les Negres difoient être un jeune Ser-
„ pent d'Eau, dont il tira une trentaine d'œufs transparens couverts
„ d'une fimple pellicule, & renfermants chacun un petit Serpent, un
„ peu près de la longueur d'un doigt, & le 4. Nov. en 1712. un au-
„ tre, bien différent de la vipere, telle qu'elle eft écrite par les au-
„ tres. Il n'avoit pas la tête plus platte, que les autres Serpens,
„ n'aïant pas le mufeau retrouffé, & non plus de groffes dents à la ma-
„ choire fupérieure."

(*w*) Bini dentes reliquis majores anterius hærentes nequaquam in ipfa maxilla, fed in fortibus tunicis emiffilibus defiguntur, & tanquam in vagina reconduntur, ufque dum ad mordendum infervire debeant. Nec vulnera morfu inflicta ex fe venenata funt: viperis enim nihil toxici ineffe ex-

I. CAPITE DISCRETO— CL. I.

1. VIPERA. G. I.

1. ΚΥΝΟΔΟΝ.

A. VULGARIS.

experientia docet; quod Nigritæ & Indiæ occidentalis incolæ mensarum inter delicias reponunt Serpentes coctas, assas, aliisque modis, pro cujuslibet gustu, præparatas, neque inde male se habent; *Seba præfat.* *Nicander* symptomata recenset, quæ mox ab ictu comparere solent; add. *Grevinus* p. 61. Sunt autem canini *cavi*, a radice ad apicem viam aperientes *veneno*, quod revera tale est, si sanguinem attingat. Aliud non datur, nisi liquor ille, qui palatum humectat, non ex vesica fellea eo translatus, vel, secundum *Rajum*, glandularum ope a sanguine secretus liquor. Aliis in universo capite generatus dicitur, quem vipera lacessita, ut iracundis quoque hominibus contingit, in factum vulnus infundit vindictam sumens:

*Huic gemini apparent dentes, in carne venenum*
*Fundentes* —— Nic.

Me quidem judice VIPERA rapinam sumens in escam non utitur dentibus caninis, quum reliqui apprehensorii ad capienda & retinenda fercula sufficiant; nec opus habet ex compressis vesiculis *venenum* elicere & vulneratæ prædæ infundere. *Aldrovandus* decocto capite Viperæ præter duos caninos adhuc numeravit 34. dentes in gingivis, aculeatos & serratos i. e. pectinatim coëuntes, ne contrario concursu atterantur; a nonnullis & ab ipso *Seba* hi vocantur molares, sed minus circumspecte. Quidquid sit, natura videtur viperis caninos & reponibiles dentes non nisi pro sumenda vindicta concessisse. Mense Octobri 1753. VIPERAM ex *nostratibus*, magnitudine & amictu ECHIDI *Americano Sebæ* tab. 36. n. 1. ex subrufo nigricante catena totum corpus percurrente, simillimam, adjuvante Doctiss. *Witwerkio* M. D. cultro subjecimus. Fuit *mas*; testes multoties exserens. *Interanea* quidem sollicite & curiose perquæsivimus, sed pro hac vice missum facimus illa. Potissima inquisitionis ratio fuit, commune aliquod quærendi signum Viperarum, quarum Canini dentes ab autoribus nec indicti, nec prostantes picti (nam si prostarent, nullo alio signo opus foret) ut *ore* anguis *dubii inspecto* mox pronuntiare liceat, an anguis sit VIPERA, nec ne. Mandibulam inferiorem sic *refrænavimus*, ut parietes oris interni æqui & plani perlustrari potuerint. Mox apprehendimus & digito & cultello denticulos in gingivis utriusque mandibulæ, oculis non nisi bene armatis capiendos, nullis simul Caninis in anteriore parte oris visis. Quum autem duo etiam singularia corpuscula oblonga palato veluti adpressa, quasi Sacculos vel *plicatos* aut *laciniatos loculos* conspexerimus, qui nobis e maxilla superiore sub

CL. I. I. CAPITE DISCRETO—

G. I. I. VIPERA.

I. ΚΥΝΟΔΟΝ.

A. VULGARIS.

ſitu narium procedere videbantur *gulam verſus*, hosque proceſſus ope cultelli retractare præſumpſerimus, revera loculos vel ſacculos offendimus, palato arcte, prout diximus, incumbentes, in quibus ſe mox nudis oculis manifeſtabant amborum caninorum apices; aperuimus forficula has vaginulas, & dentes bini mobiles, albiſſimi, diaphani, *ginglymos* in maxilla habentes, intra vaginam integri conſpiciebantur. Viſui quoque fuit jucundum circa baſin caninorum ope microſcopii, immo & oculis nudis, offendiſſe cavitatem oblonge quadratam, per quam tenuiſſimam ſetam porcinam, ad longitudinem circiter cultri dorſo æqualem, mucronem verſus in dentes immiſimus, tandem in carina vel dorſo caninorum anguſtam quoque *crenulam* pene ad usque extremitatem acutiſſimam obſervavimus. Non melius dentium vagina talis, qualis poſt mortem Viperæ apparet, comparari poteſt, niſi cum PROCESSU MAMMILLARI. Si itaque dubius de alicujus anguis natura ejus ſaltim rictum aperueris, & ad palatum ejusmodi corpuscula *proceſſui mammillari* ſimilia obſervaveris, TUTO dixeris: ANGUEM eſſe VIPERAM, *caninis deliteſcentibus*; quod non fallere credimus. Quod autem dentes mobiles ſint, id etiam experti ſumus; quippe vagina vel loculo nudati, cultello ad morſum uſque attolli poterant; qui *morſus* aliter fieri nequit, niſi ſacculo illo retracto, dentibusque acutis, quantum ſatis, ſuper ginglymo erectis. His peractis demum, monente amico, *Breynio* noſtro, Perilluſtris *Richardi Meadi* appendicem of the Viper (mechanical account of Poiſons, *the fourth Edition*, donum prout reliqua celebria opera *autoris*) luſtravi, ubi tab. I. & II. omnia in clariore luce expoſita ſunt: *Loculum* appellat *bag* or *purſe*, einen beutel, in which the two poiſoning fangs are on each ſide contained. VIPERÆ vulgari Tab. I. denticuli in ſuperiori mandibula utrinque X. apprehenſorii, in inferiori VI. Sic ora Anguium, qui in celebribus muſeis proſtant, ſine ullo detrimento ſpeciminum, examini ſubjecta, omnes brevi tempore prodere poterunt viperas, de quibus ambigimus; prætermiſſis Serpente *caudiſona* & *conſpicillari* aliisque, quas notas jam habemus nobis, quod ſint VIPERÆ.

(x) Apud *Græcos* ſcutum rotundum ſignificat:

*In clypei ſpeciem curvatis turribus* ASPIS. Sil. It.

Quod ſe in orbem contrahat rotundique clypei formam, ſtatim atque ſtrepitum ſenſerit

*Angolici clypei, aut phœbeæ lampadis inſtar.* Virg. Æn lib. 3.

*Ælianus* XVI Species numeravit, non explicavit; *Solinus* plures; unde non miremur ASPIDES & bonæ & malæ notæ nobis occurrere. Alii ASPIDES ratione colorum diſtinguunt. *Strabo* juxta

I. Capite Discreto— CL. I.
1. Vipera. G. I.
1. ΚΥΝΟΔΟΝ.
A. Vulgaris.

ta magnitudinem duas habet differentias ægyptiacas. *Plinius* duos dentes in parte oris superiore perforatos perpendit. Secundum *Nicandrum* Aspidis longitudo est unius ulnæ, crassitudo telo missili similis. *Grevinus* p. 51. tria genera enarrat. Sic autores de Serpentibus parum inter se conveniunt. Loquendum tamen cum ipsis, quamdiu non adfuerit *Æsculapius*, qui ora tantæ multitudinis, quam venatus est beatus *Seba*, sollicitius inspecta aperuerit, externa licet anguium facie sufficienter jam exposita.

(y) Raro iterum exemplo, *mandibulæ infixis*; latus rictum amplum ambit margo, squamatus; oculi grandes. Hæc bestia singulari quadam *pediculorum* specie inter squamas latitantium, prout nonnulli alii angues, affligitur.

(z) Ab ἄμμος, arena & δύειν subire, perfodere & fodiendo penetrare. Rostro enim curvo tanquam porcus perfodere dicitur arenam sabulumque, viperæ aspectu persimillimus, capite ampliore, maxillis latioribus, & in superiore parte rostri eminentiam quandam acutæ verrucæ similem habens. Hinc & cornuta Vipera, vipera Illyrica, monoceros. Aspis *Bellonii*

*Concolor exustis atque indiscretus arenis*
*Ammodites* —— Lucan.

(aa) Διψάς, διψαδος: siticulosum, aridum. *Substantive* positum viperæ speciem denotat. Morsu icti inexplebili potandi desiderio cruciantur; alii a δίψα, sitis, vel διψάω, sitio; διψακόν apud *Salm. in Sol.* Hic eam inter species Aspidis connumerat, cum ambæ tamen inter se sint diversæ. *Isidorus* valde exiguam esse dicit, ut, cum calcatur, non videatur

*Situla parvus item serpens sputamine lædit*
*Et sensus tollit, tollit itemque motum.* Pictor.

Ex mente *Aëtii* ejus longitudo cubitalis; vid. *Grevinum* iconemque quam dedit. Est itaque corpore exili & viperæ perquam simili, ictuque violentissimo

—— *In mediis sitiebant Dipsades undis.* Lucan.

Durst-Schlang; vid. infra inter *Linckii* viperas dubias: *Serpens Surinamensis* aquaticus; Dipsas Surinamensis; nec non Dipsas Angolensis. Dipsas serpens non valde magnus viperæ similis *Lucian.* in dipsadib. Discrimen Sitalæ & Scytalis vid. *Aldrov.* p. 229. Plura de Dipsade serpente, *Bustam:* tom. I. lib. 2. c. 10. Sunt Dipsadis plurima *nigredinis* vestigia, & color postremæ partis versus caudam ad *nigredinem* declinat.

§. VI.

*Cl. I.* I. Capite Discreto—
G. I. 1. Vipera. ΚΥΝΟΔΟΝ.

§. VI.

B. Caudisona, Americana *Tyson. Raji.* Boicininga, *Marggr.* Domina Serpentum, *Hernand.* Cafca Vela, *Lusit.* Rattel-Klapper-Schlange. The Rattle-Snake. Anguis crotalophorus. Cafcabel. i. e. Klapper/ (*bb*).

1. Vipera caudifona, capite fufco, depreffo, mandibulis latis, *Catesb.* II. t. 41. Tæniis latis & angulofis, obfcure luteis nigrisque, anguftioribus, alternantibus; tintinnabulo fufco, duodecim articulorum (*).

(*) Ab omnibus anguibus crepitaculo in exitu caudæ diftinguitur; fingulis annis fingulos articulos tintinnabulo accedere creditur; diciturque habere præ reliquis vim attractivam, qua mediante aves & fciuri quafi ultro gulæ hujusmodi viperæ fe committant. *Dentes* exferti canini fortiores; plura apud *Tyfonem.*

2. Vipera caudifona, minor, Americana: *Catesb.* t. 42. gracilis; capite elato, roftro producto; oculis plumbeis; lingua rubicunda; in capite fuperne linea lata aurea, cæterum nigro; corpore albicante & ex fordide aurantio variegato; majoribus & minoribus maculis nigris circinatis per longitudinem picta. *Dentibus* abfconditis. Septem articulis caudifonis flavicantibus.
3. Vipera caudifona mas; vultu furibundo. In dorfo maculæ fufcæ, albo limbo quafi prætextæ, catenatim decurrentes. *Seba* t. 95. n. 1.
4. Vipera crotalophora, Teutlacotzouphi; femina; capite minus tuberofo; fquamæque dorfales magis fpadiceæ; *Seba* t. 95. n. 2.
5. Vipera caudifona Ceilonica. Squamæ fupini corporis rufæ, homogeneæ; infimæ latiores & dilutioris coloris. *Sebæ* t. 95. n. 3.
6. Vipera caudifona orientalis maxima, femina; nolis quadraginta ad caudam; tres cubitos longa; dilutè cinereo lutei coloris ex nigro fufco variegati. *Seba* t. 96. n. 1.
7. Vipera caudifona, capite craffo, nafo oreque latis, tor-

I. CAPITE DISCRETO— CL. I.
1. VIPERA. ΚΥΝΟΔΟΝ. G. I

vo & horribili vultu. Vipera Ceilonica nasuta, duplici crepitaculo. *Seba* t. 45. n. 4.

8. VIPERA caudisona Americana; Rabelschlang *Linckii* (*Scheuchz.* Ph. S. p. 1493. t. 738. f. 4.) COLUBER Americanus venenatissimus, sonorus, ad extremitatem stridulis nolis & crepitaculis verticillorum instar instructus.

* * *

(*bb*) ECACOATL, i. e. Ventus, quod celeriter per saxa devolvitur, tardiore cursu per terrestria & plana. D. *Tyson* minorum dentium in inferiore mandibula utrinque in universum 20, in superiore 16. observavit. NOXII dentes non maxillis infixi ut reliqui; *nec ore aperto discerni possunt*, cum sub valida membrana ceu vagina reclinati latitent, quos pro lubitu animal ad vulnerandum erigere potest, prout felis ungues In omnibus dentibus nocivis, præsertim majoribus, foramen satis amplum prope radicem detexit *Tyson* & prope mucronem fissuram longiusculam calami scriptorii crenæ instar sectam; a fissura autem ad radicem manifeste concavi dentes, ut gingivam leniter premendo venenum per cavum dentis prompte adscendere & e fissura effluere conspexerit *autor*. Folliculos venenosum liquorem continentes & glandulas eum separantes inquirere non potuit; provocans ad controversiam inter D. *Charas* & D. *Redi* de liquore illo obortam. De hac controversia vid. *Kämpfer* Fasc. III. p. 571. inprimis *Transf. Angl.* N°. 144. Add. *Scheuchz.* Ph. S. p. 983. t. 573. & infra *comment. nostr. cc*). ECA-COATL.

## §. VII.

C. Conspicillaris. Cobras di Capello, *Lus.* Garz. ab Horto. Brillslang. *Belg.* NAJA *Zeylan.* VIPERA Indica Vittata, gesticulatrix, ad Cervicem conspicillo insignita, Serpens venenata Naja dicta; cujus tripudia & gesticulationes descripsit *Kämpf.* Am. p. 565. Serpens indicus coronatus diademate seu conspicillo insignitus, *Raj.* Syn. 330. Vipera piliata *quibusdam.* Serpens Indiæ Orient. forma faciem humanam sub Cervice referens; *Vinc.* Cent. I. 6. Serpens facie anili, *Vinc.* Cent. I. 12. & *Elench.* tab. p. 24. (*cc*). NAJA.

1. VIPERA conspicillaris ex regno Peru. *Sebæ* t. 85. n. 1. Ex rufo cinerea, albovariegata.

2. VIPERA NAJA Siamensis cum Conspicillo, *Sebæ* t. 89.

 n. 1.

CL. I. G. I. I. Capite Discreto—

1. Vipera. ΚΥΝΟΔΟΝ.

n. 1. Dentes anteriores vix viſui patent, dum cute laxiore obteguntur.

3. Vipera Naja minor, *Sebæ* t. 89. n. 2.

4. Vipera coronata. Serpens coronatus diademate ſeu conſpicillo inſignitus, *Sebæ* t. 89. n. 3. Dentes acuti longi.

5. Vipera lepide circulata, *Sebæ* t. 89. n. 3. Ex cinereo dilute flava, annulis fuſco nigris a capite ad caudam. Bini annuli latiores tres ſemper alios tenuiores intercipiunt.

6. Vipera Braſilienſis cum conſpicillo, cordis oculâti formam habente *Seb.* t. 89. n. 4.

7. Vipera tripudia femina. Cobra de Capello, fœmella, ſine perſpicillo; ſeu tripudia, *Seba* t. 9. n. 2. Alia Peruviana ſine perſpicillo, t. 82. n. 2.

8. Vipera Malabarica *Seb.* t. 94. n. 1. Squamis albicantibus rufulo margine obumbratis; capite exiguo.

9. Vipera Naja capite felem domeſticum referente. Dentes gingivis profunde implantati, mas, *Sebæ* t. 97. n. 1. fœmina ſine perſpicillo. *ib.* n. 2.

10. Vipera Indica ex coloribus flavo, fuſco, ſubalbidò veluti marmorata, in collo gutturoſo e fuſco nigricante alba macula nigro colore marginata, conſpicilli fere figura notata, *Linck.* apud *Scheuchz.* t. 749. f. 9. An vipera lépide circulata ſupra n. 5?

11. Vipera Ceilonica conſpicillo notata *Sebæ* t. 97. n. 3.

12. Vipera conſpicillaris altera ex Nova Hiſpania, *ib.* n. 4.

* * *

(*cc*) Torva & hominibus infenſiſſima beſtia, quæ mordendo exitiale virus inſtillat; nec ullum aliud Serpentum genus Indi nudipedes timent & cavent. Laceſſita hoc ſingulare habet, quod in utroque cervicis latere cutem inflare & in orbem planum ad inſtar alæ vel vittæ extendere ſoleat. In duellum igitur ubi prorumpit, erecto capite inſurgens alas iracundiæ indices circa caput ſuperbe extendit, & apertis faucibus caninorum dentium monſtrans lethiferam aciem in hoſtem, ni caute repulſa, mira celeritate involat. Nihilominus tamen circulatores tripudia cum hisce viperis inſtituunt. Vidit *Kämpferus* aſſuefactionis rationem: eſt enim hoc genus Anguium ex omnibus ut maxime venenatum, ita & prudentiſſimum, ac maxime docile. Prius omni toxico Viperas exuunt, ut innocenter a ſe tractari queant. Virus omne quod habet ſer-

I. Capite Discreto— CL. I. G. I.

1. Vipera. ΚΥΝΟΔΟΝ.

ſerpens, in gingiva ſuperiore habet, & non aliud eſt quam ſalivarum humor, qui ex capite deponitur in illam gingivæ partem, quæ dentibus caninis intra oris cavum accumbit (comm. *w*). Ut hanc ſalivam eliciant, viperis irritatis pannum vel quidquid aliud poroſum ac molle objiciunt; quod ipſum aliquoties mordicus a vipera apprehenſum omnem e gingivis ſalivam imbibit. Reliqua apud *Autorem.*

## §. VIII.

II. Dentibus pectinatis, (*dd*), ΙΧΘΥΟΔΟΝ. ΙΧΘΥΟΔΟΥΣ, Lucii Piſcis vel Crocodili ſimilibus.

1. Vipera aquatica; The Water-Viper. Vipère d'Eau, *Catesby* t. 43. Caput dorſumque dilute fuſca; venter & latera albis tæniis nigriſque, amplis, ſuper luteo variegata; cauda in exitu cornea; vertice elato; roſtro ſatis producto; oculis fuſcis; lingua carnei coloris. Maxillæ innumeris denticulis apprehenſoriis ſcatent. De caninis auctor nullam mentionem fecit; nec in ore patulo tales picti apparent (*ee*).

2. Vipera aquatica Surinamenſis; dorſo cæruleo-nigro; ventre albo, nigro quoque colore tæniato & ſtriato. *Linckii & Scheuchz.* p. 1179. t. 628. f. Niger Draco *Nic.* Aſpis Chelidonia *Aëtii;* Aſpis nigro cæruleoque colore *Æliani.* Aſpis nigra *Pauſ.* in Bœot. Hirundo ſerpens, ſeu Aſpis Chelidonias, *Avic.* Corallinus Surinamenſis *Vinc.* Muſ. Cent. 3. n. 100. Dipſas, Durſtſchlang; Prester, Brandſchlang, *Kolb.* p. 213. Serpens in rupibus plerumque niger. *Ol. m.* Niger Draco. Aspis Chelidonia. Prester.

3. Vipera rictu canino; Tetzauhcoatl, ſive Serpens rariſſima ex nova Hiſpania, *Sebæ* t. 80. n. 1. fortibus dentibus apprehenſoriis; coloris ſpadicei, nigricante variegatione & textilibus ſcutulis; in ventre maculis luteis. Colubro Aſmodæo forma & pictura ſimilis. Tetzauhcoatl.

4. Vipera labiis ſquamatis; ſquamis inſignibus extuberantibus dilute rubicundis, fimbriatis. Serpens Bojobi Ceilonica bucculenta, *Sebæ* t. 81. Auctor ſcripſit: aurantii coloris, ſed viridem pinxit anguem. Bojobi.

5. Vipera Thalaſſina. Bojobi altera. Serpens Bojobi, Braſi- ——

silienfis, Tetrauchoatl Tleoa. *Lusit.* Cobra verde *Seba* t. 96. n. 2. Lingua subrufa; in aliis acuminata, nigricans. Rictus dentibus longis apprehensoriis scatet. TLEOA i. e. Serpens ignea, (*ff*).

TLEOA.

BOIGUATRARA.

6. VIPERA picta; Serpens BOIGUATRARA dicta, Amboinensis, *Seba* t. 82. n. 1. ex saturate-viridi, cyaneo & thalassino picta. Grato modulamine aviculas allicere dicitur.

7. VIPERA gulosa; dentibus haud quidem longis, at arcte ad se invicem serratis appositis; limbo oris lato; squamæ dilute rufulæ, grandibus maculis atro-fuscis, intercedentibus grandiusculis, triangularibus. Serpens Ceilonica, maxima, PIMBERAH dicta, *Sebæ* t. 91.; in tantam excrescit magnitudinem & crassitiem, ut capreolos cervosque devoret; (*gg*).

PIMBERAH.

TAMACUILLA.

8. VIPERA oculea; Mexicana, femina. TAMACUILLA HUILIA, *Sebæ* t. 98. circularibus & angularibus annulis tanquam oculis picta. Rictu amplissimo; mandibulæ longis, acutis, & introrsum recurvatis dentibus supra infraque munitæ. Conf. *Fernand.* Hist. rept. novæ Hisp.

9. VIPERA, capite lato tenui; oculis insignibus coruscis; rictu supra & infra longis dentibus scatente. Anguis venustus. Serpens Ceilonica spadicea; MANBALLA dicta. Caput haud absimile capiti canis venatici, *Sebæ* t. 99. n. 1. (*hh*).

MANBALLA.

10. VIPERA speciosa e regione Guaira (*) Brasiliensis. Ore supra & infra longis introrsum reflexis dentibus armato. *Seba* t. 99. n. 2.

(*) Ibi Regina Serpentum habita; coloribus & mirificis picturæ varietatibus illustris.

Regina Serpentum.

11. VIPERA divinatrix & imperatrix regni Mexicani (*). Imperator de Quadalajara Mexicanus, *Sebæ* t. 10. n. 1.

(*) Singulari sibilo aut sonitu se distinguens. Habitus principis hujus anguis magnificus est; os supra & infra acuminatis obsessum dentibus.

Imperator.

POTONGA.

12. VIPERA mitis & tractabilis, blanda, Ceilonica, POTONGA dicta; maximam partem avibus vescens, rictu licet supra & infra dentibus referto. Prodigiosis maculis insignis. *Seba* t. 101.

13. VI-

I. CAPITE DISCRETO— CL. I.
I. VIPERA. II. ΙΧΘΥΟΔΟΝ. G. I.

13. VIPERA flosculosa, a pictura; unde ipsi nomen: JACUA-ACANGA; Brasiliensis *Sebæ* t. 102. *Lusit.* Serpens Phyticus; *Belgis:* venatrix; quia cursu velox (*). Rictus fimbriatus aduncis supra & infra dentibus; lingua rubella. JACUA ACANGA.

(*) Instar canis odorisequi: unde ipsam prosequentem effugere vix licet, sed satius est obviam blanditiis excipere, oblataque esca demulcere: insolitus undequaque in hoc angue sese offert apparatus picturæ.

14. VIPERA ARGUS; Arabica. *Lusit.* Cobra de Coral (*ii*), *Bras.* IBIBOBOCA, & BOIGUACU dicta, alias Argus, *Seba* t. 103. n. 1. rictum obsident crassi grossique dentes; Totus venter albus & splendens (*). Morsus venenatissimus dicitur, (*kk*). ARGUS IBIBOBOCA.

(*) Vid. infra VIPERA 20. Dicitur & Cobra de Verdo, quia eleganter picta, miræque est pulchritudinis; circularibus ocellis per integram pellem; prægrandes feras invadere, obtortu strangulare & occisas deglutire audet. De casis, quas struit vid. *Piso* L. 4. & *Nieremb.* 12. c. 43. *Rajus* saltim duos pedes longam & pollicem crassam scribit, cum tamen apud *Sebam* multo longior sit & crassior. Ast plures angues apud auctores audiunt COBRÆ DE CORAL. Nec *Raj* nec *Sebæ* Argus prægrandes feras deglutirent.

15. VIPERA, Rex Serpentum Orientalis. Longitudine quinque Cubitorum. In capite crux inscripta; versus superiora hasta convergens. Os acutis & uncinatis dentibus septum. LAMANDA, ex Java, rarissima. *Seba* t. 104. Rex Orient. LAMANDA.

16. VIPERA, cauda in exitu osse cuspidata; oculis insignibus. Coluber Ceilonicus, longissimus, perniciosus, torvus, AMMODITES dictus, *Sebæ* t. 76. n. 1. Maxillæ oris patuli plurimos emittunt dentes valde acutos. AMMODITES.

17. VIPERA ANA CANDAJA *Raji* p. 332. Serpens indica Bubalina Ana Candaja Ceilonensibus, i. e. Bubalorum membra (*) conterens; *Sebæ* t. 83. n. 1. ANA CANDAJA. Bubalina.

(*) Prægrandem Bubalum adeo circumvolvere, vincire & comprimere potest, ut strangulatus quasi & suffocatus procumbat, cujus illa dein exsucto sanguine sitim restinguit.

CL. I. I. CAPITE DISCRETO—
G. I. I. VIPERA. II. ΙΧΘΥΟΔΟΝ.

BOYUNA. 18. VIPERA BOYUNA; Anguis niger, diademate quodam ſuper album caput, *Sebæ* t. 83. n. 2. (*).

(*) Gracilis & longa gravemque de ſe odorem ſpargens, inſtar vulpecularum, *Raj.* p. 329. An Aſpis Angolenſis in dorſo fuſca, in ventre cœruleo alba, capite a fuſco & albo vario, *Linckii*, *Scheuchz.* p. 1179. t. 628. C? Serpens Americana *Vinc.* Cent. II. 25. Vipera Surinamenſis, Cent. II. 30?

19. VIPERA Iſebequenſis ſublutea, capite craſſiore, ſuperne veluti tuberculoſo, inferne reticulato, ſtriis transverſo ſitu poſitis & areolis albidis nigro colore marginatis, etiam transverſis notata. Serpens callum in fronte geſtans; Aspidem veterum putat *Bellon. Raj.* 288. Aſpis ptyades, *Act. Scheuchz.* p. 1179. t. 628. E.

20. VIPERA fluviatilis Surinamenſis, variis characteribus orientalibus inſcripta. *Raj.* 332. Vipera Americana annulis & characteribus Arabicis ex albo & nigro variis. *Scheuchz.* p. 1283. t. 647. n. 2. vid. ſupra VIPERAM 14.

21. VIPERA Dipſas Surinamenſis, capite ex nigro, fuſco & albo vario; diademate ex punctis albis; collo ſuperne purpureo fuſco, ad latera albo. *Scheuch.* p. 1296. t. 654. n. 5. Serpens Amer. *longus*, capite latiore, cauda tenui & longa, *Vinc.* III. 82. IV. 13. 56. Cum tamen Dipſas eſſe debeat corpore brevi.

22. VIPERA Surinam. coloris luridi, capite maculato, maculis toto corpore fuſco-nigricantibus tum rhomboidalibus, tum ſubrotundis, caudatis, paſſim medio albis. *Scheuchz.* p. 1312. t. 661. n. 9.

* * *

(*dd*) Quatenus *dentes* vel ex deſcriptionibus vel ex picturis determinare licuit; vid. *Seba* t. 107. n. 8.

(*ee*) Me judice, Viperis aquaticis canini dentes ſuperflui forent, quod pro perſequenda in fluido præda magis indigeant dentibus apprehenſoriis bene radicatis, quales habent omnes piſces dentati, quam pro ſumenda vindicta dentibus anterioribus caninis, mobilibus & venenum effundentibus.

(*ff*) *Raj.* Syn. coloris porracei & pulchre micantis. Nemini nocet, niſi irritanti, morſuſque tunc venenatus eſt & exitialis.

(*gg*) An

I. Capite Discreto— *CL. I.*
I. Vipera. II. ΙΧΘΥΟΔΟΝ. G. I.

(*gg*) An Vipera Ιχθυοδους 17? vid. *Cleyerus* E. N. C. G. An. XII. Obſerv. 7. de Serpente magno Urobubulum deglutiente; e cujus ventriculo extractum vidit *autor* cervum mediæ ætatis integrum cum omnibus partibus; ex alterius ſylveſtrem caprum magnis præditum cornibus; e tertii hyſtricem cum aculeis. Captum animal a Serpente cauda & reliquo corpore circumligatur, atque adeo ſtricte vincitur, ut vel ipſa in corpore animalis oſſa frangantur & comminuantur. Vide *ibidem* quoque hiſtoriam Urobubuli deglutiti & deglutitionis modum. Conferatur ſerpens corallina Amboinenſis, quæ adnititur lacertum ſe ipſa vix minorem valide ſugendo deglutire apud *Sebam* t. 17. n. 1. vid. Saml. aller Reiſen IX. B. p. 300. von einer überaus groſſen Schlange Yacu Mama, mutter des Waſſers genandt in der Provinz Quito. Yacu Mama.

(*hh*) Manbatta; non capite canino, ſed quod canum more prætereuntes invadat; *Rajus.*

(*ii*) Corallen Schlang. Saml. aller Reiſen IX. B. p. 49. ordentlich 4. bis 5. ſchuh lang/ und einen zoll dick; die abwechſlenden gelbe und grüne farben/ wozu uoch ein ſehr lebhafftes und feines karmelin-roht kommt/ geben ihr ein ſehr ſchönes anſehen.

(*kk*) Anfangs ſchwillet das gebiſſene auf; unmittelbar drauf dringt das geblüt durch alle werckzeuge der ſinnen hervor; dabey zerreiſſen auch die häute der Adern an den Finger-kuppen. In ſehr kurtzer zeit muß der Menſch davon ſterben; *ibid.*

## §. IX.

## GENUS II.

II. Coluber (*ll*). Dentibus acicularibus; umbroſis vel occultis. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ.

* * *

(*ll*) Vid. (comm. *s*). Priſci differentiam Colubri & Serpentis ponebant in eo, quod Angues domeſtici & innocui ipſis audirent Colubri, Angues autem privative dicerentur Serpentes. Sic Anguis Æſculapius *Coluber* dicitur, quod innocuus & beneficus eſt. In Italia, teſtante Rajo, tam familiariter cum hominibus vivit, ut etiam in lectis inveniatur: quamvis tamen adeo mitis & placidus ſit, irritatus interdum mordet, quum maxillæ utrinque dentibus multis valde acutis armantur. Ejusmodi angues in *Lithuania* Boruſſorum multoties obſervavi cum pueris ruſticis, quaſi ad prandium invitati eſſent, ex mulctris la-

CL. I. I. Capite Discreto —

G. II. II. Coluber. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ.

lacticinia bibere, interdum conclamantibus pueris cochlearia invertere de fundo bibentes, nec dum satiatos. Conf. historia apud *Sulpic.* Dial. 1. c. 5. a J. J. *Scheuchzero* Phys. S. recensita. *Ælianus* lib. 17. c. 5. ex *Plutarcho* refert: Serpentes quondam adeo mansuetos fuisse redditos, ut absque noxa cum iis luserint infantes, & digitis crepitantibus prolexerint ex latibulis. *Lucanus* de Psyllis:

*— Pignora gentis*
Psyllus *habet, si quis tactos non horruit angues,*
*Si quis donatis lusit serpentibus infans.*

Et teste *Vincentio le Blanc* P. II. c. 23. In montibus Segelmessæ vicinis familiarissime tractant serpentes Africani pueri ludendo cum eis. *Labat* Voy. de l'Amer. I. p. 428. „Les Serpens & les *Couleuvres* leur „ font une guerre continuelle aussi bien qu'aux Rats & aux Piloris. E- „ tant un jour dans le bois, une *Couleuvre:* poursuivoit une Grenouil- „ le, qui la prit à six ou sept pas de nous. Je n'eus garde de tirer „ sur la *Couleuvre:* outre qu'elle n'a point de venin, elle est *ennemie* du „ *Serpent*, lui fait la guerre, & le mange, & *pour cette raison* on ne lui „ fait jamais de mal. Les *Couleuvres* sont mechantes, quand on leur „ jette des pierres, & qu'on leur fait manquer les animaux, qu'elles „ poursuivent. p. 430. *Coluber*, cujus mentionem fecit auctor, longitudine fuit circiter 10'. Qua vero ratione *Coluber* cum *Serpente* duellum ineat, vid. *Labat* ib. p. 431. Quem descripsit, *caput* habuit elongatum & rotundatum prout *anguilla*, quum *Serpentes* habeant caput depressum & fere triangulare; quæ differentiarum notæ mihi vix sufficere videntur. In insula *Dominique* Serpentis species observavit *Labatus*, quæ veneno carent, Cynocephali (*têtes de Chien*) nominati, quod satis crassum & breve caput habent. Ex *Luciano* apparet Serpentes *Æsculapios* & *Dracones* vocatos Pellæi, romanisque anguibus, Cervoni dictis, non absimiles, benignis & innocuis, quos, testante *Jo. Fabro Lynceo*, Romanæ feminæ sæpe in sinu, aliqui in lecto fovent, plurimi etiam eorum carnibus non aliter, ac si anguillæ essent, vescuntur. Quod supra de anguibus Lithuanicis commentatus sum, id idem *Faber* Anim. novæ Hisp. p. 805. comprobat, qui cum rusticorum infantibus multoties in cunis reperti, cum his panem lacti intritum etiam ex eadem communi patina comederint, nec hos unquam offenderint, domosque illas valde reputatas ab incolis fortunatas fuisse, in quibus hi Serpentes oberraverint. Et *Olaus M.* l. 21. c. 30. „ Sunt etiam domestici serpentes, ut Penates in Aquilonis extra pla- „ gam reputati, qui lacte vaccino vel ovino nutriti cum infantibus „ sub tectis ludunt, & plerumque in cunis ut fidi custodes dormire vi- „ den-

Cynocephali.

Cervoni.

I. CAPITE DISCRETO— CL. I.
II. COLUBER. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ. G. II.

„ dentur." Non raro autem COLUBRI vocabulum pro quovis ſerpente ſumitur. Aliqui aquaticum Anguem, alii terreſtrem Serpentem mala gramina paſtum, alii parvum, alii ingentem, alii brevem, alii longum dicunt. Hæc lis adhuc inter graviſſimos auctores pendet, quam decidere non eſt noſtri fori. Quisnam Sagittarius artis ſuæ tam peritus eſt, inquit *Demoſthenes*, ut non aliquando erret a ſcopo? Nominabimus omnes Angues COLUBROS, de quibus ſupra (*comm. s*).

§. X.

Sint COLUBRI mites vel maligni. Sint magni vel minores; modo ſint dentati; denticulis acutiſſimis; ſive evidentibus, ſive umbroſis & in gingivis latitantibus.

1. COLUBER Peruvianus. Serpens Peruviana elegantiſſima & rara (*). *Sebæ* t. 21. n. 1. Superna corporis pars albis nigrisque maculis, marmoris in modum, variegata; circa latera miſcela rufulæ flavedinis, ventre dilute rubescente.

(*) Parvi quidem & numeroſi utrique maxillæ inſident denticuli; nec tamen malignioris indolis eſt, gliribus quippe muribus, locuſtis & ſcarabæis veſcens.

2. COLUBER gliripeta. Ratzen-fanger. Serpens Ammodites (*mm*) Surinamenſis. *Sebæ* t. 78. n. 5. A Nigritis in ædibus nutritur lacte & aliis ferculis; veſtis elegantior, quam quæ deſcribi queat. conf. *Sebam* p. 58. t. 36. & t. 62.

3. COLUBER APACHYKOATL dictus. *Seba* t. 20. n. 1. Sub tecto cum hominibus commoratur gliripeta; muribusque avibus & ſcarabæis victitans. APACHYKOATL.

4. COLUBER teſtudinatus; teſtudinis inſtar maculatus. Serpens teſtudinata, Americana, murium inſidiator. *Sebæ* t. 29. n. 1.

5. COLUBER DE COROWALA, maculis flammeis notatus. *Sebæ* t. 45. n. 1. Nemini nocens; muſcas, ſcarabæos, aucupans. DE COROWALA.

6. COLUBER Ammodites verus, veterum; purpureo fuſcus; dilute griſeo opere catenulato per dorſum ad uſque acutæ caudæ apicem variegatus, maculis teſſulatis. Caput AMMODITES verus.

CL.I. I. CAPITE DISCRETO—
G.II. II. COLUBER. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ.

put insolito artificio pictum; minutis brevibusque dentibus. Vipera Ammodites amœnissima. *Sebæ* t. 50. n. 1. Morsu haud quaquam lædit.

HIKKANELLA. 7. COLUBER HIKKANELLA, domesticus. Serpens Americana. *Sebæ* t. 75. n. 2. Felium domesticorum munere fungens.

MOCULO. 8. COLUBER, aranearum insectator. Serpens de MOCULO Americana. Innoxia in ædes admissa. *Seba* t. 75. n. 3.

ASMODÆUS. 9. COLUBER ASMODÆUS. Serpens Japanicus, incomparabilis. ASMODÆUS Princeps dictus. *Seba* t. 79. n. 1. Capite oblongo; fronte lemniscata nigra supra cervicem instar marmoris variegatus. Non adscribitur ipsi indoles maligna.

10. COLUBER lemniscatus. Serpens Ceylanica; lemniscis latis. Innoxia. *Seba* t. 76. n. 3.

11. COLUBER MYOPHAGUS, Ceylonicus; quod muribus insidiatur. *Sebæ* t. 8. n. 1.

12. COLUBER, Erucarum insidiator, Africanus; setosas erucas glabris præferens. *Seba* t. 9. n. 3.

13. COLUBER MEXICANUS. Serpens corallina Amboinensis. *Sebæ* t. 30. n. 1. Cauda brevis a parte corporis postica distincte & separatim protenditur. Squamæ insignes in medio corpore exstantes. BITIN veterum (*nn*). Dentibus in parte oris antica caret; qui tamen exigui uncorumque ad instar incurvati posteriora obsident. Lacertula serpenti absque ulla resistentia sese tradit (*oo*).

BITIN.

COYUTA. 14. COLUBER COYUTA. Vipera Coyuta Brasiliensis, capite oblongo, amplo rictu; ore lato fimbriato. *Seba* t. 16. n. 2.

15. COLUBER sonum edens. Anguis Surinamensis sonum edens. *Sebæ* t. 59. n. 2. Rictu diluta flavedine fimbriato plurimos recondit dentes acutissimos, & ore crepans appropinquantes quasi monet, ut recedant. Capite cinereo; corpus griseum lati annuli ex rufo lutei circulant. Ventre dilute flavo, punctis rufis vario.

17. COLUBER, Phrygius catenatus. Serpens catenata ex nova Hispania. *Sebæ* t. 60. n. 1. Quasi acu Phrygia dorsum

I. Capite Discreto— CL. I.

II. Coluber. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ. G. II.

sum saturate cæruleis tæniis albisque lineis pictum; imus quoque venter dilute cinereo griseus, cæruleis distinctus catenulis; quo artificio & caput superbit. Os fimbriatum acutis scatet dentibus; oculis protuberantibus. Fertur, canoram suavemque habere vocem.

17. Coluber Ibiboboca, Brasiliensis major, seu Cobra de Coral. *Sebæ* t. 71. n. 1. Ex fusco rubra; ad ventris latera dilutius rubescens, ventre albicante; capite exiguo; os minutis dentibus plenum; frons parvis scutata squamulis dilute rubentibus. Brasiliensibus est Boguacu i.e. magna (*pp*). Comeditur & inter delicias habetur; veneno haud noxius aliorum sui generis ad instar; nec malignus (*). *vide &* t. 20. n. 2. Ibiboboca.

(*) *Ibibobocæ* eximia nitent pulchritudine.

* * *

(*mm*) *Ammodytes* modo *Vipera* dicitur (*vipera* Echis 31), modo serpens innocentissima audit (comm. z).

(*nn*) *Jonst.* vult Bitin esse serpentem aspectu horrendam, nigris albis rubrisque punctis variegatam; capite vitulino, fronte lata, ad oculos usque lucidos nigros annulo viridi circumdatam. Hactenus, inquit *Seba*, descriptio ejus veritati convenit. Non est Vipera Bitin Κυνοδες 14. 15.

(*oo*) Plures angues, & inter illos Viperam Caudisonam aviculas, lacertas, ranas, mures & glires, non quidem magica arte fascinare, ut sponte sese in prædam offerant, communis auctorum veterum & recentiorum fert relatio. Forte fragrans anguium, quem spirant, odor, sive suavis sive fœtidus, talibus animalculis vertiginem inducit, ut quasi crapula correpta non animadvertant lapsare in rictus hostium, seque morti obtrudere, quam omnia animalia natura aversantur.

(*pp*) *Rajo*, *Margravio* & *Pisoni* Iboboboca, Cobra de Coral anguis est virulentissimus, tardeque se promovens. Sic auctores nomina confundunt cum virtutibus anguium, & virtutes cum nominibus, amictu corporis circumventi.

## §. XI.

Acontias. Cenchrias. Jaculus.

18. Coluber Acontias. Serpens Cenchrias seu Acontias, item Jaculus Amboinensis, *Sebæ* t. 72. n. 1.

CL. I. I. CAPITE DISCRETO—

G. II. II. COLUBER. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ.

n. 1. Dorſum per ſquamas reticulatas ſaturate rubens; ad ventris latera dilute viridis; caput mediocre protuberantibus lividisque oculis; minutos habens dentes, caudam longam acuminatam (*qq*).

19. COLUBER Pſeudo-Acontias. Serpens Acontias, ex novæ Hiſpaniæ inſulis ad Ventum. *Seba* t. 78. n. 3. Reticulatus ex rufo luteus, funiculo luteo a capite ad finem caudæ decurrente. Capitis ſquamæ luteæ, ex rubro guttatæ; ventre ex rufo flaveſcente.

20. COLUBER jaculi ſpecies. Serpens Indica jaculi ſpecies, tenuis & longa, ex albo & nigro ſupra dorſum maculata. *Seba* t. 62. n. 1.

21. COLUBER, Jaculus formoſiſſimus. *Seba* t. 7. n. 1. Exclamat autor: Exemplar immenſi in ordinandis coloribus picturæque elegantia artificii, quo beſtiarum abjectiſſimam inſignivit ſummus ille & ſapientiſſimus rerum CONDITOR, excitaturus humanas mentes, hiſce (proh dolor!) plerumque parum intentas, ſacrum ad ſtuporem gloriamque nominis ſui amplificandam.

22. COLUBER Ibiboboca; Braſilienſis; Serpens perelegans. *Sebæ* t. 6. n. 1. *Innocua*, formicas venatur. An *edentula?*

ÆSCULAPIUS. 23. COLUBER ÆSCULAPIUS; latiuſculis faſciis atrofuſcis. Serpentis Æſculapii ſpecies. *Sebæ* t. 18. n. 4.

CENCHRUS. 24. COLUBER CENCHRUS ſ. Acontias. Serpens Cenchrus vel *Serenus*. *Sebæ* t. 42. n. 2. Κέγχρος. *Raji* p. 289. Per dorſum lata tænia dilute cæruleſcens nigrisque punctis interſtincta; in capite inſignes ſquamæ candicantes. Cochleas inſectatur, lumbricos, aliaque inſecta.

25. COLUBER Cenchrus, Babilonicus; quadratis & diſtinctis areolis. *Seba* t. 52. n. 3.

Æſculapius verus. 26. COLUBER ÆSCULAPIUS *verus* (*rr*). Anguis Æſculapii ex Panama. *Sebæ* t. 54. n. 2. Supra cæruleo Indici quaſi pigmenti colore, ventrem verſus, paulo dilutiore ſuffectus. vid. *Spicilegium* Linckii n. 25.

27. COLUBER Æſculapius maximus, Orientalis. *Sebæ* t. 86. n. 1. cauda obtuſa. Alios vid. *tab.* 51. & *tab.* 52.

(*qq*)

I. CAPITE DISCRETO— CL. I.
II. COLUBER. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ. G. II.

* * *

(*qq*) *Aëtius* Jaculum ſive Acontiam a Cenchro non diſtinxiſſe videtur. Dicitur *Acontias* ab Ακων, jaculo ſive ſpiculo, cujus inſtar in homines & beſtias irruit. *Aliis:* Serpens volans. *Gesneri* Acontias non eſt veterum JACULUS; apud quem vide hiſtoriam ruſtici & Serpentis, inſtar vibrati jaculi per ſpatium circiter 16 pedum proſilientis. Variæ ſunt eorum differentiæ. ACONTIAS *duas* vide apud *Aldrovandum*. Serpens Sipho (Spuit-Slang). Auctor pro ſynonymo habet CENCHRIAS: Cenchrus vero, Cenchris & Cenchrines nomen a Κεγχρος, *ſemine panico* vel *milii*; quod quibusdam notis ad inſtar milii exornatus; aut quia tempore tantum milii apparet, aut florente milio, ſecundum *Aëtium*; ſecundum *Avicennam* & *Olaum M.* quod a citrino colore milii denominetur. Propter longitudinem corporis duorum cubitorum flectendo iter tardius movetur,

*Semper recto lapſurus tramite Cenchris;* Lucan.

& Nicander

*Prolixum invenies inamabile Cenchrida monſtrum*
*Quam variis pictam ſquamis dixere Leonem.*

Forte inſtar *pellis* Leonis lybici. Serpens miliaris *Grevini*. Inveniuntur in Ægypto, Libya, & in inſulis nonnullis maris mediterranei. vid. *Wottonum* fol. 101. a.

(*rr*) A veteribus Æſculapio, ſanitatis largitori, conſecratus; quum innocuus ſit & benignæ indolis; maxillis craſſis, ſupra & infra denticulatis, dentibus retrorſum inclinatis, valde acutis, gliribus, muribus, aviculis veſcens; unde eſt, quod per excellentiam diceretur ANGUIS, quaſi ſolus ſit inter ſerpentes *innocuus* & *benignus*. Serpens PAREAS, παρειας, quod maxillas habeat quodammodo tumidas, in quibus utrinque hærent multi valde acuti denticuli latitantes. Nemo unquam ab illis niſi irritatis læditur, mordendo tamen nihil nocent. *Nicander* omnes angues *innocuos*, etſi dentatos, ELOPES vocat. In regno Peruviano dari traditur immanes ſerpentes, ſed manſuetas. Figuras Æſculapii ejusque ſceleton vid. apud *Aldrovandum*. ELOPS.

## §. XII.

28. COLUBER Serenus. Serpens Sicula, SERENA dicta, maculata; mas & femina. *Seba* t. 5. n. 1. 2. SERENA.

29. COLUBER Æſculapii ſimilis, Braſilienſis; mas & femina. *Seba* t. 66. n. 3. 4. Παρεια, Æſculapii ſpecies. Serpens Braſilienſis verſicolor; concinna capitis pictura. *Seba* t. 42. n. 1.

CL. I. G.II. I. CAPITE DISCRETO—
II. COLUBER. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ.

30. COLUBER vulgaris Americanus, *Seba* t. 42. n. 6. ore hiulco; in quo denticuli utriusque maxillæ expositi.

Vulgaris. 31. COLUBER vulgaris, Germanicus; *Seba* t. 47. n. 1. dentibus minutis.

32. COLUBER Italicus, montanus. Serpens Italica ex montibus Patavinis. *Seba* t. 48. n. 1. Montanæ quoad colores pluribus varietatibus gaudent præ reliquis; nulla cystis venenata, prout opinantur *Plinius*, *Gesnerus*, & alii.

33. COLUBER Armenius. Serpens Armenia mire versicolor, *Sebæ* t. 51. n. 1.

34. COLUBER refrigerans, mitis. Anguis bicolor, Malabaricus. *Seba* t. 54. n. 1. Domicellæ ejus conspectu non solum delectantur, sed & in refrigerium sinui suo, æstuante cœlo, applicant.

35. COLUBER Hispalensis; frontem præ se ferens venustissimam. *Seba* t. 56. n. 2.

36. COLUBER jaspidizans, ex Guadelupia. *Seba* t. 68. n. 2.

HÆMACHATES. 37. COLUBER hæmachates ex Hyrcania, Persiæ regione. Serpens Asiatica HÆMACHATES dicta; *Seba* t. 58. n. 1. picturam Achatæ Orientalis referens, & rosaceos flosculos.

38. COLUBER Hæmachates Japanicus. *Sebæ* t. 58. n. 3. Dicitur malignus.

39. COLUBER erucarius; erucis victitans. Serpens erucaria Surinamensis. *Sebæ* t. 64. n. 3. Amboinensis; Serpens cinereo lutea in spiram se colligens. *Seba* t. 65. n. 2. Dentes admodum minuti.

FLOSCULUS. 40. COLUBER FLOSCULUS dictus; Surinamensis; mas & femina. *Seba* t. 67. n. 1. 2. Dentes minuti serratim dispositi.

41. COLUBRI minusculi: Flavus, Corallinus, Amboinensis. *Seba* t. 27. n. 3. 4. 5.

## §. XIII.

42. COLUBER textilis; Serpens Brasiliensis, *Seba* t. 67. n. 3. nigro-rubro, albo & dilute flavo, flammarum in modum intertextis coloribus; maculis rufis majusculis. Oculis igneis; dentibus minutis.

I. Capite Discreto— CL. I.
II. Coluber. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ. G. I.
43. Coluber corallinus, Sinensis. *Seba* t. 1. n. 8.
44. Coluber corallinus, Zeylanicus; mas & femina. *Seba* t. 1. n. 34.
45. Coluber Xequipiles; Serpens Americana lemniscata. *Seba* t. 1. n. 9. Xequipiles.
46. Coluber, Anguiculus Americanus eleganter variegatus *Seba* t. 2. n. 8.
47. Colubri bini, Cobellas, Americani. *Seba* t. 2. n. 5. 6.
48. Coluber Dipsas cœruleus Americanus. *Seba* t. 3. n. 2.
49. Coluber, Serpentula gracilis longa, Guineensis. *Seba* t. 2. n. 7.
50. Coluber Batavus; Serpens communis, *Seba* t. 4. n. 1.
51. Coluber Sega, Africanus, mas & femina. *Seba* t. 5. n. 3. 4. Sega.
52. Coluber Chauquarona *Lusit.* Serpens lemniscata, *Seba* t. 9. n. 1. 2. mas & femella; lemniscis rubicundis, & dilute flavis. Chauquarona.
53. Coluber Duberria. Hydra Ceylanica Cingalensium. *Seba* t. 1. n. 6. Duberria.
54. Coluber ex regno Zenega. *Seba* t. 6. n. 2. Leviter ex albido flavescens, maculis majoribus hinc inde fasciis & lituris fuscis. *Seba* t. 6. n. 2.
55. Coluber super albo, fuscis maculis, fasciis rufis; Americanus. *Seba* t. 6. n. 3.
56. Coluber Xaxalhua; maculis binis corniculatis in capite; unde nonnulli Cerasten (*ss*) salutant; Mexicanus, mas & femina, *Seba* t. 77. n. 4. 5. Os rotundum & latum; per nasum protenduntur gemini annuli. Dentes primo intuitu deesse credas, cum admodum profunde immergantur maxillis & minutissimi sint; ore tenui & angusto; testiculi maris in icone. vid. t. 63. n. 2. Xaxalhua.
57. Coluber Tlehua; flammatim pictus, Tlehua s. igneus, perpulcher ex nova Hispania, *Seba* t. 84. n. 1. maculis per dorsum spadiceis, inter se concatenatis; squamis dorsi viridibus; venter flavedine diluta tinctus, lituris rubris; dentes minuti; oculi grandes; vescitur gliribus aliisque animalculis (*tt*). Tlehua.

58. Co-

CL. I. G. II.

I. Capite Discreto—

II. Coluber. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ.

Boitiapo. Cobra de Sipo.

58. Coluber ſpinoſus. Serpens Boitiapo, ſeu Cobra de Sipo, Braſilienſis, ſpinoſa. *Seba* t. 87. n. 1. Dorſi ſpina a capite ad acutæ caudæ finem longiuſculis & cuſpidatis aculeis horret. In capite ſquamæ ſcutiformes. Rictum minuti dentes plurimi occupant.

59. Coluber, Aſpis Ægyptiaca (*uu*) permagna, *Seba* t. 88. n. 1. annulis ovalibus ſaturate fuſcis & minoribus circularibus pictus, litura dilute lutea. Maxilla ſuperior minutis dentibus, ſerræ in modum, exaſperatur.

60. Coluber rubicundus. Aſpis Ceylonica rubra, *Sebæ* t. 88. n. 2. nigris circularibus per dorſum, per latera angularibus maculis diſtinctus.

61. Coluber coronatus. Serpens ex inſula Tojuqua, coronata. *Sebæ* t. 105. n. 4. Ex nigro & albo variegatus. Collum albicante macula ſcutiformi, in qua corona nigricans, & conſpicilli locum tenens (*ww*).

* * *

(*ss*) Ceraſtes, ἀπὸ τȣ κέρατ۞, a cornu, quod duas in fronte eminentias habet. *Ariſtoteles* Ceraſten nominavit Colubrum Thebanum; *Nicander* videtur duo genera conſtituere:

—— —— *ſed quatuor aut duo profert*
*Cornua, cum mutila videatur vipera fronte.*

*Alb. M.* Ceraſten & Ceraſtelem habet, tanquam diverſas ſpecies. *Leonicenus* unicam eſſe manifeſto oſtendit. *Fauconeri* tres Cairo allatas ſerpentes, *Gesnerus* Ceraſtes fuiſſe cenſuit (vid. *Fauconeri* epiſtolam). Cornicula duo brevia non carnea, ſed vere cornea dicuntur. *Solinus* quatuor; *Albertus* octo eſſe cornua; ſed *Bellonius* Ceraſtes habere bina tubercula inſtar granorum hordei ſupra oculos, gemina minuta cornua imitantia, ſcribunt. Patria Africa dicitur. Idem *Bellonius* dentes viperinis ſimiles dixit, ſimilique ordine diſpoſitos; ergo Xaxalhua non eſt *Ceraſtes*; vide deſcriptionem: inter omnia ſerpentum genera diutiſſime ſitim tolerat; teſte eodem *Bellonio.* vide infra Anodontes.

(*tt*) Vipera flammea Κυνοδȣς 14. Vipera Bitin plane alia eſt, non de genere Colubri.

(*uu*) De Aſpide. vid. ſupra *comment* (*x*).

(*ww*) Inter principes Serpentum referri ſolet. Hoc loco autor commonefacit, integras inſulas anguibus ſcatere, ut ab hominibus incoli nequeant; contra autem prope adjacentes alias inſulas nec quicquam horum animantium alere.

§. XIV.

I. Capite Discreto— CL. I.
II. Coluber. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ. G. II.

§. XIV.

61. Colubri ludentes; Brasilienses. *Seba* t. 28. n. 3. 4. Præ mutuo amore semper una sunt, ludentes adeo inter se, ut pugnare videantur. Peruviani ludentes. *Seba* ibid. n. 5. 6.

Coluber cauda protensa acuta; marmoratus mirum in modum. Serpens Americana versicolor. *Seba* t. 29. n. 2.

Coluber pelle glabra. Serpens marina Americana, annulata. *Murænis* (*) valde affinis, *Seba* t. 70. n. 1.

(*) Unde Murænis adeo similis sit, non video; etsi naso insideat verrucula oblonga; qualis jam alibi. Limbus latior succingit rictum, acutis dentibus supra infraque obsitum; lingua bifurcata, prout anguium terrestrium; squamæ ventrales nullæ, quibus in fluido non indiget. Dicitur, quod prorsus cœcus sit & oculis orbus; cum tamen iconismus exhibeat *oculos* satis *amplos*, iride cærulea, pupilla nigra.

65. Coluber tigrinus; marinus. Serpens marina Americana cum maculis tigridis, mas & femina. *Seba* t. 70. n. 2. 3. Cutis squamarum expers videtur.

66. Coluber Boiquatrara; Mauritii insulæ. Serpens Indica Boiquatrara dicta, *Seba* t. 78. n. 4. i. e. Serpens picta veste eleganti; supra dorsum lata catena, retiformi, spadicea; ad ventris latera maculæ circulares, ex rufo flavæ. Boiquatrara.

67. Coluber fronte conspicillari. Cobra Americana. *Sebæ* t. 21. n. 3. Serpens dicitur *viperina;* sed quare? an, quod vivipara? an, quod morsus venenatus? Araneis & aliis insectis insidiatur.

68. Coluber margariticus (*). Serpens margaritica minor, pulcherrima, maculis nigris & albis notata. *Seba* t. 22. n. 2.

(*) Albicantes squamulæ margaritas referunt.

69. Coluber Argus. Serpens Guineensis, rarissima, Argus dicta. *Seba* t. 23. n. 1. Inhiat serpenti marinæ, minori, gracili t. eod. n. 2. A capite ad extremum caudæ Argus.

 quasi

*CL. I.* I. CAPITE DISCRETO—

G.II. II. COLUBER. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ.

quasi oculatus. Pictura eludit artem humanam (vid. §. VIII. n. 14.)

CEN-COATL. 70. COLUBER CENCOATL (*); femina; ex Guadelupia; gracilis; Vipera ex nova Hispania Cencoatl dicta. *Seba* t. 26. n. 1.

(*) Veteres huic Serpenti morsum denegant, quum dentes sint minutissimi, in alveolis suis profundissime radicati, & putarunt, posse venenum sine morsu ejaculari; quod non dixerim.

71. COLUBER Aldrovandi l. 1. p. 192. Aspidis species; vulgo vipera minor vocata, femella, *Sebæ* t. 26. n. 2. quia longa admodum & gracilis, oculisque valde grandibus, & viperarum instar parit; mas. n. 3.

72. COLUBER annulatus. Serpens annulata ex Promont. b. spei, *Seba* t. 27. n. 2. Aliter picta, aliter descripta.

73. COLUBRI minusculi; FLAVUS, Corallinus, Amboinensis, *Seba* t. 27. n. 3. 4. 5.

74. COLUBER perperam viperinus *Agricolæ*, *Bellonii*, aliorum. Serpens Acontias seu Jaculus Amboinensis. *Seba* t. 44. n. 1.

75. COLUBER vittatus. Serpens Americana, maculis nigris & albis notata. *Seba* t. 22. n. 1 Caput albicans nigra quasi vitta tegit. Squamis niveis, nigerrimis lineis superinductis.

76. COLUBER flammifer. (vid. n. 57.). Inter squamas rubras fundus cutis albescens, punctis nigricantibus velut acu pictus; ventre flavescente; per cervicem aurantia litura decurrit. Serpens Ammodites Americana flammifera. *Seba* t. 31. n. 2.

77. COLUBER versicolor, maculis nigris, instar tigridis. Serpens versicolor tigrina, promontorii b. spei. *Seba* t. 31. n. 3.

78. COLUBER thalassinus. Serpens Surinamensis cœrulei coloris, DIPSADIS species (conf. comm. *aa*) ventre albicante. *Sebæ* t. 32. n. 1.

§. XV.

I. CAPITE DISCRETO— CL. I.
II. COLUBER. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ. G. II.

§. X V.

79. COLUBER tæniis duplicibus, intortis, decuſſim poſitis; tenui collo. Lacertis victitans. Serpens Ceilonica. *Sebæ* t. 32. n. 2.

80. COLUBER Arabicus, mutila caudæ extremitate; dorſi ſaturata viriditas, punctis nigricantibus. Os minutis obſitum denticulis. Serpens Arabica viridis, maculis fuſcis aliisque nigricantibus, ab utroque latere variegata. *Seba* t. 33. n. 3.

81. COLUBER Arabicus, capite maculato, dorſo flammato, in capite binæ luteæ totidemque nigræ maculæ majores. Serpens Arabica, fuſca, maculis nigricantibus flammatis notata. *Seba* t. 33. n. 1.

82. COLUBER carbonarius, nigredine carbonem referens. Serpens Americana anthracina. *Seba* t. 64. n. 2. Delitescit ſub tectis mureſque captat; homini aut aliis animalibus noxæ nihil inferens.

83. COLUBER capite cœruleo, geminis rubicundis maculis ad cervicem, interſperſa flavedine. Serpens Arabica formoſa, oculea. *Seba* t. 33. n. 2.

84. COLUBRI lemniſcati Siamenſes, *Seba* t. 34. n. 3. 4. 5. alter tæniolis variegatus.

85. COLUBER MYRUS (*xx*). Serpens Americana annulata, Myrus dicta; annulis cœruleis inæqualibus. *Seba* t. 35. n. 2. MYRUS.

86. COLUBER fuſcus Cap. b. ſpei. Serpens Africana fuſca. *Seba* t. 35. n. 3. In fronte dilute rubens. Valde contorta; ſed veneni expers.

87. COLUBER cœruleus Africanus. *Seba* t. 35. n. 4. Cochleis & vermibus veſcens.

88. COLUBER ſaxatilis. Serpens ſaxatilis Africanus mas & femina, *Seba* t. 37. n. 1. 2. Minuti fauces denticuli obſident; veſcitur bufonibus & ranis.

89. COLUBER catenulatus. Serpens Americana catenata. *Seba* t. 38. n. 1. Gemina in dorſo catena ſpadicea e pluri-

CL. I. I. Capite Discreto—
G. II. II. Coluber. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ.

mis annulis compoſita; ſinguli aream minimis punctis albicantibus intercipientes.

90. Coluber ſpadiceus; faſciis latis transverſalibus annulatus. Serpens Americana annulata. *Seba* t. 38. n. 2.

Bochir. 91. Coluber Bochir a *loco*. Serpens Ægyptiaca Bochir dicta. *Seba* t. 38. n. 3.

Boyuna. 92. Coluber Boyuna. Serpens Ceylanica Boyuna dicta. *Seba* t. 39. n. 1. 2. Et Incolæ & Luſitani huic angui liberum aditum concedunt, qui in ædibus commoratur ibique parit, (*yy*).

Malpolon. 93. Coluber, Malpolon (*zz*). Serpens Ceilonica Malpolon dicta. *Seba* t. 39. n. 4.

Guacu. 94. Coluber Guacu. Serpens Braſilienſis Guacu dicta incolis. *Seba* t. 38. n. 4. & t. 51. n. 3.

Scolopax. 95. Coluber Scolopax. Serpens Arabica, Scolopax dicta; nec verbis deſcribendo, nec cælo aut penicillo imitabilis; mas & femina. *Seba* t. 39. n. 1. 2.

Chelydrus. 96. Coluber Chelydrus; vertice ſaturate fuſco; ſquamæ cinereo-griſeæ maculis albis variegatæ; glaber aquatilis in arctas ſe colligens ſpiras. Anguis teſtudineus ſeu chelydris. *Seba* t. 43. n. 3. 4.

97. Coluber lubricus, Africanus, tæniis albis & nigris. *Seba* t. 43. n. 3. 4.

Petola. 98. Coluber Petola, ruber. *Seba* t. 46. n. 1. ventris ſquamæ ſubrubræ aut rufæ; Amboinenſis.

Apoa. 99. Coluber, Apoa, Braſilienſis. *Seba* t. 51. n. 2.

100. Coluber ex Madera, ranivorus. *Seba* t. 51. n. 4.

Aehetulla. 101. Coluber Aehetulla (*Aaa*), ex Java t. 53. n. 1.

Lurus. 102. Coluber Lurus. Serpens lemniſcata ex Martinica. *Seba* t. 53. n. 2.

* * *

(*xx*) Quare *Myrus*? Murænam marem *Ariſtoteles* myrum vocat, *Plin.* Lib. IX. c. 23. Sect. 39. An, quod ova hujus anguis celerius creſcant? Prout ova Murænæ præ ovis reliquorum Piſcium: an, quod myrus unicolor eſt & robuſtus, dentesque extra os habet? An vero, quod cum murænis in ſicco littore lapſis coëat? Sed *Nicander* εἰ δ'ἔτυμον, *ſi vera eſt fama;* quam veram eſſe medicus apud *Athen.* negat.

(*yy*) Niger anguis, gracilis & oblongus, gravemque de ſe odorem ſpargens.

I. CAPITE DISCRETO— CL. I.
II. COLUBER. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ. G. II.

gens. *Raj.* p. 329. An idem cum Serpente *putorio*, Dryino *Gesneri*, *Jonst.* *Raj.* p. 331.

(zz) Serpens Zeylanicus elegantissimis miniatis stellulis decussatus, MALPOLON Zeylonensibus *Raj.* p. 331. *v. n.* 103.

(*Aaa*) Viridis in arboretis & fruticetis degens ACHÆTULLA Ceilonensibus. i. e. *oculis infestus*. Idem & de ACONTIA dicitur, *Raj.* l. c. *Scheuchz.* Ph. S. p. 1297. n. 111. Augen-Schlange. Nobis videntur Synonyma: Jaculi, Acontiæ, Bojobi, Cenchri; de quibus supra.

## §. XVI.

103. COLUBER MALPELON, Zeylanica. *Seba* t. 52. n. 4. MALPELON.

104. COLUBER MUSICUS. Serpens lyrica Americana. *Seba* t. 42. n. 3. Amœnum modulatur cantum, quo allicit aviculas. Huc quadrat vulgatum: Fistula dulce canit, volucres dum decipit auceps. Dantur plures lyrici. MUSICUS.

105. COLUBER lentiginosus; Dipsas Amboinensis. *Seba* t. 44. n. 2.

106. COLUBER sibilaris. Serpens sibilaris perpulchre lemniscata. *Seba* t. 45. n. 5.

107. COLUBER Bali, a *loco*. Coluber tygrinus ex insula Bali, versus orientem Javæ. *Seba* t. 46. n. 3. BALI.

108. COLUBER tæniis binis & binis conjugatis a capite ad caudam. *Seba* t. 46. n. 4.

109. COLUBER MEDOCK a *loco*; Guineensis; albicans, in antica parte ex nigro marmoratus, parte vero postica corporis cum cauda spadicei coloris. Serpens e regione Medock, eximia. *Seba* t. 49. n. 1. MEDOCK.

110. COLUBER Barbarus; aureus catenatus ex Barbaria. *Seba* t. 52. n. 1. Squamulis dorsalibus aureo colore tinctis.

111. COLUBER regalis; Russicus. Serpens regia veste purpurascente induta, ex Russia. Caput quasi diademate pictum, admiratione dignum. *Seba* t. 52. n. 2.

112. COLUBER nasutus; naso peracuto. Serpens viridis, ore acuminato; ex Java, aspidis species. *Seba* t. 53. n. 4.

113. COLUBER CANINIANA, *Pisonis*, *Raji*. Surinamensis; *Acontia*; longa, pertenuis, capite anterius flavescente, acuto, dorso cæruleo-viridi, ventre albido & linea alba per longitudinem ducta; *Scheuchz.* p. 1297. n. 7. *Jacu-* CANINIANA.

CL. I. I. CAPITE DISCRETO—
G. II. II. COLUBER. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ.

*culatrix* Surinamensis. *Achatulla* Ceylon. Vipera Africana longissima, sive *Chalcis* aspidis spec. *Vinc.* II. 9. II. 12. Serpens viridis ore acuminato ex Java. *Seba* t. 53. n. 4.

BOOPS. 114. COLUBER BOOPS (oculis magnis) oculeus Malaccensis, Boops dicta; dentibus uncinatis. *Seba* t. 55. n. 1. & 4.

115. COLUBER mitratus. Mitra arantia. Serpens amœna, heliconia, *Seba* t. 56. n. 1. Vix datur, inquit autor, Serpentum alia visu jucundior.

116. COLUBER arboreus. Serpens Americana ex Jamaica. *Seba* t. 56. n. 3. Circum ramos se contorquens & immota, vibratæ instar sagittæ prædam capit; squamis os nasumque excedentibus. Species jaculi.

HIPPONENSIS. 117. COLUBER HIPPO. Serpens Africana Hippo dicta. *Seba* t. 56. n. 4. a *loco*.

118. COLUBER maderaspatanus; maculis ex rufo super flavo. *Seba* t. 57. n. 1.

IZLAG. 119. COLUBER Jo. Fabri p. 774. Ex nova Hispania sub nomine IZLAG. *Seba* t. 57. n. 2. De ore interno *Faber* nihil dixit.

120. COLUBER labiis luxuriantibus. Serpens bucculenta Bæotica; vultu torvo. *Seba* t. 57. n. 3.

CHIAMETLA. 121. COLUBER CHIAMETLA; Americanus; capite crasso, cœruleus. *Seba* t. 61. n. 1.

122. COLUBER pullatus; pomposa veste ornatus, *Seba* t. 61. n. 2. rosaceis quasi flosculis, ordine more gemmariorum digestis.

PETLACOATL. 123. COLUBER PETLACOATL dictus. *Seba* t. 63. n. 1.

124. COLUBRI Promont. b. spei elegantissimi. *Sebæ* t. 62. n. 3. 4.

125. COLUBER ex Cyaneo dilute cæruleus. *Seba* t. 63. n. 2.

SALTATRIX. 126. COLUBER collari rubicundo. Serpens orientalis, SALTATRIX; longissima; varios in gyros atque flexus se torquens crispansque. *Seba* t. 65. n. 1. Quatuor cubitorum; cauda longa subrufa.

127. COLUBER capite pusillo, brevique; cauda acutissima. Serpens Americana tenuissima, leucophæa, tæniis rubris distincta. *Seba* t. 65. n. 3.

128.

I. Capite Discreto— *Cl. I.*
II. Coluber. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ. G. II.

128. Coluber Argoli; Americanus; species Æsculapii. *Seba* t. 66. n. 1. 2. Argoli.

129. Coluber cauda tota nigra. Aspis seu Cobra Brasiliensis maxima. *Seba* t. 68 n. 1. Capite albo, nigris lituris variolata & angulosa fronte, magnis squamis albicantibus. Corpus ex albis & saturate fuscis maculis versicolor. In oris parte anteriore *dentes nulli;* sed molarium loco valde sunt acuti. Lacertas, aves, & alia animalia insectatur.

130. Coluber Caracara, triplici squamarum varietate; Brasiliensis; *Seba* t. 68. n. 3. rarissima. Pabulum sunt aves. (v. n. 136.) Caracara.

131. Coluber naso simo, quasi suillo. Serpens species aspidis viridis. *Seba* t. 68. n. 4. Nares habet sub naso patentes; tuber capiti innascitur; corpus herbeæ viriditatis ex albo variegatæ. Fauces & collum angusta & cutis adeo dilatantur, ut ranæ triplo majores & alii insignes ejusmodi boli facile suctu perlabantur. vid. Gulosum. *Seba* t. 73. n. 1.

132. Coluber Exetra, aquaticus (*Bbb*). *Seba* t. 68. n. 6. Cauda prope anum tenuis & curta. Capite brevi. Exetra.

133. Coluber lentiginosus. Serpens Americ. ferruginea & lentiginosa. *Seba* t. 71. n. 2.

134. Coluber Dryinus (*Ccc*), testudineus. Querculus *Grevin.* Chelydrus Amboinensis. *Seba* t. 72. n. 2. Dryinus. Querculus.

135. Coluber Auceps, promontorii Cabo de Tiburon *Sebæ* t. 75. n. 1. vid. aut. *ibid.* de *auditu* Anguium.

136. Coluber Talieboebot, a radice repente. Serpens Caracoras Americana. *Seba* t. 75. n. 5. (vid. supra n. 130.). Talieboebot.

137. Coluber fronte albicante, magna; tænia spadicea transversim supra nasum; in cervice lata macula; maculis fuscis annulorum æmulis super cinereo-luteo per integrum corpus. Serpens Ceylonica maculosa. *Sebæ* t. 76. n. 2.

* * *

(*Bbb*) Hydra ὕδρος, Serpens in aquis vivens; Lerna, anguis ab *Hercule* in lacu lerneo interfectus; Serpens lernæa & bellua monstrifica *Isidori* L. 12. Orig. Excetra sive Ecetra (i. e. quod uno cæso capite duo

vel

vel plura excrefcant) *Synonyma* funt. Hoc nomine *Plautus* utitur in Perfeo: cum Excetra, cum Anteo deluctari mavelim, quam cum amore. Hic Excetra anguem aquaticum denotat. Nota tamen eft Hydræ fabulofæ vera defcriptio.

(*Ccc*) Nihil certi de DRYINO habemus; quod Δρυῖνος, quercinus, item roboreus exponitur (nam δρῦς & quercus & robur redditur) dicitur DRYINUS anguis in quercubus latens; vocatur quoque χέλιδρος, quafi fit teftudo marina. *Galenus* appellat DRYINUM; alii BRYINUM, fed non recte nominant, quum Βρυον quoddam villofum ut mufcos in arborum truncis denotat: melius *Nicander:*

*Ille cavas habitat quercus, alibi quoque fagos.*

Tetrum odorem habere dicitur; fquamis afperis, in quibus parvæ quædam mufcæ nidulantur, quæ tandem animal conficiunt. CHELYDRUS autem vocatur, quafi cute dura ad inftar corticis teftitudinis, quæ græcis Χελωνη vel quercus, fit munitus. *Bellonius* vult, nullam aliam Serpentem in majorem molem excrefcere, & ex fibi cognitis acutiorem fibilum emittere.

## §. XVII.

ATALIGATO. 138. COLUBER ATALIGATO; perpufillo capite; anguis rarus Mexicanus. *Seba* t. 77. n. 6. Squamis purpureis; ventre albo, maculis nigricantibus diftincto; longus & tenuis.

MACACOATL. 139. COLUBER MACACOATL; Cervinus; Americanus. *Seba* t. 79. n. 3. Capite ornatiffimo. *Cervinus*, quod Cervis gaudeat adeffe.

140. COLUBER capitali fafcia latiore; tæniis in corpore latis anguftisque, ventre albo & obfcure luteo. Serpens amœna ex nova Hifpania. *Seba* t. 80. n. 2.

BAYHAPUA. 141. COLUBER BAYHAPUA; Africanus. *Seba* t. 82. n. 2. Capite fuper fundo albicante ex obfcure fpadiceo maculato; caliculi inftar rofacei pedunculo fuftentati; angufto collari.

CACUBA. 142. COLUBER CACUBA, canorus, purpureus. *Seba* t. 82. n. 3. Cantus fuavitate nulli cedens.

PETECOATL. 143. COLUBER PETZCOATL, feu anguis lubricus Mexicanus. *Seba* t. 84. n. 2. In cavis arborum delitefcens; ad DRYINOS pertinet.

I. CAPITE DISCRETO— CL. I.

II. COLUBER. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ. G. II.

144. COLUBER PELA; pediculosus, Americanus. *Seba* t. 84. n. 3. Infestant has Serpentes pediculi scarabæis similes, scuto supra dorsum armati. PELA.

145. COLUBER olivacea pelle; Brasiliensis, maculis nigricantibus. *Seba* t. 11. n. 1. Ejus esca AVES.

146. COLUBER nigricantibus tæniolis lemniscatus. *Seba* t. 11. n. 4.

147. COLUBER viperæ capite crassiusculo; miro artificio pictus. *Seba* t. 12. n. 1. Aspidis classi a veteribus adscriptus.

148. COLUBER LAPHIATI; Lemnius. *Seba* t. 13. n. 1. Ranis vescitur. LAPHIATI.

149. COLUBER crucifer; Ceilonicus. *Seba* t. 12. n. 2. Decussatis nigris lineis, quasi totidem crucibus, notatus.

150. COLUBER dormitans (*Ddd*); Americanus. *Seba* t. 12. n. 4.

151. COLUBER lineis subfuscis. *Seba* t. 12. n. 3.

152. COLUBER dilute rubicundus, saturate fuscis maculis, Americanus. *Seba* t. 14. n. 1. Inter Dipsades relatus.

153. COLUBER DIPSAS Surinamensis; olivacei coloris, saturate rubris maculis. *Seba* t. 14. n. 2. DIPSAS.

154. COLUBER DIPSAS Amboinensis. *Seba* t. 14. n. 3.

155. COLUBER Lybicus; apice caudæ subnigrescente, ex Libya. *Seba* t. 15. n. 1. Tota alba, paucis hinc inde maculis nigris; squamis magnis in dorso catenatim dispositis.

156. COLUBER cucullatus. *Seba* t. 15. n. 2. Emaculati candoris cucullo in capite; Erucis vescens.

157. COLUBER puniceus, intermisto nigro, American. *Seba* t. 15. n. 3.

158. COLUBER CENCOATL. *Seba* t. 16. n. 1. Admodum tenuis, longissimus ac gracilis; ratione magnitudinis capite parvo brevi. Ejus femina n. 3. CENCOATL.

159. COLUBER corallinus, Amboinensis. *Seba* t. 17. n. 1. Adnisus Lacertam valide sugendo deglutire; ita ut fauces enormi rictu totæ quasi ex articulo dimotæ videantur.

160. COLUBER Delminaensis. *Seba* t. 17. n. 3. Annulis cœruleis albo & nigro-flavo interspersis.

CL. I. I. CAPITE DISCRETO—

G. II. II. COLUBER. ΑΥΓΑΙΟΔΟΝ.

161. COLUBER cinereo-griſeus, Americanus. *Seba* t. 17. n. 4.

162. COLUBER cœruleus, nigris quaſi ocellis varius. Serpens Amboinenſis cœrulea. *Seba* t. 18. n. 1.

CÆCILIA. 163. COLUBER CÆCILIA (*Eee*); ΤΥΦΛΟΨ. Blind-Schleiche. Formicis veſcitur; cauda quaſi mutila. *Seba* t. 18. n. 2.

164. COLUBER arculo albeſcente in capite, ſaturate cæruleo. Serpens ex Guinea. *Seba* t. 19. n. 3. 4.

TETZAUH-COATL. 165. COLUBER TETZAUHCOATL. Vipera Braſilienſis rara, mas & femina. *Sebæ* t. 77. n. 2. 3. Squamis albicantibus, quibus inuſtæ maculæ nigræ, miro ordine digeſtæ. Per dorſum maculæ inſigniores. Venter ex cinereo dilute flaveſcit.

* * *

(*Ddd*) Dum ſomno gravantur angues, ſpiraliter ſeſe contorquent quam breviſſime & arctiſſime, capite in medio ſupra corpus collocato, cauda extimam ſpiram formante: quando circum arbores aut ramos convolutæ ſomno fruuntur aliæ ſpecies arboreæ; ſi ad prædam tranſeuntem attendunt, ſupra ramos ſe diſtendunr.

(*Eee*) Non quod oculis careat, ſed quod parvos eos habeat. Parvitate & cauda in longum infra anum producta & in obtuſum deſinente a reliquis diſtinguitur, *Raj.* p. 289. CÆCULA apud *Iſid.* TIPHLINUS. *Ital.* CECELLA. Secundum *Ælian.* perparvis oculis & ad videndum non probe affectis; nec mirum, cum talparum more in terram ſe condat, diuque in ea maneat. De dentibus *Bellon.* Chamæleontis maxillæ tam ſuperæ quam infernæ dentibus ſerratis muniuntur, quales in TIPHLOTI Serpente intueri licet. *Gesnerus* obſervavit dentes minimos, aſperos & vix apparentes, plures in inferiori & magis conſpicuos quam in ſuperiori mandibula. Oculorum cavitates magis quam oculi conſpiciuntur: more viperarum fœtus vivos enititur. Ideo tamen VIPERA non eſt, licet morſus, prout ſcribit *Columella*, tumorem & ſuppurationem moliatur. CICONIÆ ſummopere CÆCILIIS delectantur.

§. XVIII.

I. Capite Discreto—
III. Edentulus. Anodon.

CL. I. G. III.

## §. XVIII.

## GENUS III.

### Anodon.

ΑΝΟΔΟΥΣ; Edentulus. Sub hoc genere comprehendimus nonnullos Angues, quos dentibus omnino carere legimus. Optimus *Seba*, quod ſciam, unicus eſt (*Fff*), qui præter intentionem nobis aditum ad Serpentologiam ſtravit, poſtquam de quorundam Anguium *dentibus* eorumque *conditione* nos certiores reddiderat. Sunt quippe quam plurimarum Serpentum dentes unica illa inſtrumenta funeſta & lethifera, quæ maxime averſamur. Præter eadem nihil in Anguium genere noxium. Non ora Crabronum, nec caudam Scorpionum habent aculeata, neque crudeles Tigridum pedes unguesve, nihilque veneni ineſt corporis trunco; quin in eo multum alimenti eſſet, reſectis capite caudaque.

* * *

(*Fff*) *Rajus* pro indice dentium nimium parcus. *Catesbejus* non niſi viperarum, nec tamen omnium, mentionem fecit. *Linckius* & *Vincentius* nullius Ora aperuerunt. Sileo reliquos. *Nicander* in Theriaca:

*Plures reptilium*, *quæ* non *ita* noxia, *formæ*
*Per denſas habitant ſylvas per opacaque luſtra*,
*Quod* Elopes, Libyasque *coronatosque* Myagros
*Dicunt*, *ſunt* jaculis *inſignes*, *ſuntque* moluri,
*Sunt* cæcique *alii*, *ſed* neſcia lædere *turba*.

## §. XIX.

1. Anodon capite lato. Serpens ſive Vipera Siamenſis perelegans, ſpecies Cerastis (*Ggg*), mas & femina. *Seba* t. 34. n. 1. 2. Per dorſum ex ruſo flaveſcens, dilutiore colore in ventre nigricantibus punctis interſtincto. Oris hiatum limbus undique præcingit pulcherrimus, criſpulus, luteus, *cornu duritie* referens. Dentes in ore nullos reperias. *Innocens* nec maligna illis eſt indoles. Cerastes.

 2. A-

CL. I. I. Capite Discreto—

G. III. III. Edentulus. Anodon.

2. Anodon, ſuper fundo cinereo griſeo nigricans, albo colore variegatus; venter cinereo flaveſcens, ex nigro & albo maculatus. Serpens *Ceraſtes* Siamenſis. *Seba* t. 19. n. 1. Capite eſt longiuſculo, *edentulo*. Avibus victitat.

3. Anodon Thebanus, ſive Ceraſtes & Serpens cornuta; haud parum præcedenti n. 2. accedens. Vipera ex Kairo. *Sebæ* t. 7. n. 1. *Autor* appellat hunc anguem inter diverſas Viperarum ſpecies eminentiſſimam, quod natura in hanc unam omne fere ornamenti genus videatur collegiſſe, dum nubium æmulam ipſam pinxit variegatione, pluribus diſtinctam coloribus, ſaturate ſpadiceo, rubro, flavo, albo, nigro, qui ſuper albo inter ſe ludunt.

4. Anodon marinus. Serpens marinus Americanus cum maculis tigridis; muræmis valde affinis; mas & femina. *Seba* t. 70. n. 2. 3. Caput quadantenus gibboſum, peramplis & ſcintillantibus oculis. Nec *dentibus* pollet (*) nec naribus. Naſo inſident binæ verruculæ acutiores (*Hhh*). Cauda in acumen deſinit.

(*) Inter Colubros quosdam Anodontes latitare, nulli dubitamus. Culpa non eſt noſtra.

5. Anodon. Serpens Americana maculis fuſcis & albis interſtincta. *Seba* t. 24. n. 2. Innocentiſſima eſt, nec morſu lædit; quippe *edentula*.

* * *

(*Ggg*) Ergo, prout modo diximus, *edentuli* dantur Viperæ, Cerastes, & Colubri, qui & truculentiſſimi audiunt ob dentium plurimorum copiam; ergo *generum* ratio hactenus fuit vaga; unde eſt, quod non interponerem fidem meam, omnes *viperas*, *colubrosque* acu tetigiſſe. Satis comperta habemus documenta de habitu corporis externo, deque anguium veſtibus, imo de moribus nonnullorum, quod teſtante experientia vel vivipari ſint vel ovipari, maligni vel mites; ſed vix ſufficiunt ejusmodi obſervationes, ut bene diſtingueremus genera & ſpecies, obturbata anguium nomenclatura tumultu omnium involuta. Abſolute neceſſarium nobis videtur, ut ora Serpentum aperirentur, dentesque, quibus eximiam animoſitatem & fortitudinem exercent, luſtrarentur, imo numerarentur. Hæc ſtudia peritioribus *Phyſiologis* docteque curioſis *Muſeographis* de meliori commendavimus (*comment. u*)

I. Capite Discreto— CL. I.
III. Edentulus. Anodon. G. III.

*ment. u*). Quidni abunde nobis patuisset dentatorum historia ex amplissimis collectionibus *Sebæ*, *Linckii*, & aliorum ?

(*Hhh*) Forte binæ, quæ dicuntur, verruculæ acutiores narium vices subeunt.

## §. XX.

Classis I. Spicilegium (*Iii*). Spicileg.

A. Catesbeji: Innocui.

1. Coluber. Anguis *Catesb.* p. 46. ventre cuprei coloris. The copper-belly Snake. Serpent à ventre couleur de Cuivre. Ventre rufo. En général ils ne passent pas pour venimeux; ils *n'ont pas ces* mêmes *dents* empoissonnées, qu'ont les *viperes*.
2. Coluber; Anguis *Catesb.* p. 47. Gracilis; cœruleoviridis; the blueish-green Snake. Serpent d'un verd bleuatre. Non est periculosus; insectis victitans, in ramis arborum venatur; Naso simo.
3. Coluber; Anguis *Catesb.* p. 48. niger. The black Snake. Serpent noir. Dantur sex pedes longi; corvini coloris. Gliriphagus domesticus; *morsus non fatalis*. Dicitur NB. & viperas *caudisonas* in duello victas inglutire. Dentes *minuti*, sed acutissimi; parum ex gingivis protuberantes.
4. Coluber; Anguis *Catesb.* p. 49. fuscus, maculatus. The little brawn Bead-Snake. Petit Serpent brun au Chapelet; subterraneus juxta radices arborum, raro supra terram. *Innocuus* — Alter Anguis *Catesb.* p. 60. niger; maculis nigris & rubris eleganter varius. The Bead-Snake. Serpent au Chapelet; *innocuus*.
5. Coluber *Catesb.* p. 51. gracilis, maculatus. The spotted Ribbon-Snake. Serpent gresle & tacheté. In medio dorsi linea alba longitudinalis; *nequaquam* venenosus.
6. Coluber; Anguis *Catesb.* p. 50. Gracilis fuscus; longissimus. The Ribbon-Snake. Serpent gresle & brun. Agilis; *innocuus*.
7. Coluber; Anguis *Catesb.* p. 52. The Chain-Snake.

 Ser-

CL. I. SPICIL. CLASSIS I. SPICILEGIUM.

A. CATESBEJI.

Serpent à Chaine. Hunc unicum vidit autor, quem incolarum nemo antea vidit; unde eſt, quod ipſe nomen huic ſerpenti impoſuerit: ANGUIS ANNULATI; annulis licet non completis. Coloris eſt ſordide cærulei, annulis luteis, maculisque in ventre quadrangularibus; *innocuus*.

8. COLUBER; Anguis *Catesb.* p. 53. Viridis maculatus. The green ſpotted Snake. Serpent verd tacheté. *Non venenoſus.* Ova gallinarum evacuans. *confer.* cum angue p. 51.

9. COLUBER; Anguis *Catesb.* p. 54. flagelliformis. The Coachwhip Snake; longiſſimus; coloris fuſci; velociſſimus; *innocuus*.

10. COLUBER; Anguis *Catesb.* p. 55. ex rubro & albo varius. The Corn-Snake. Serpent de Bled; a colore frumenti indici. *oviphagus*.

11. COLUBER; Anguis *Catesb.* p. 56. Capite viperino; roſtro ſimo, porcino. The Hognoſe-Snake. Serpent à tête de vipère; denticulis *minutis*. Fuſci coloris, maculis nigris ſat amplis.

12. COLUBER; Anguis *Catesb.* p. 57. Viridis. Petit Serpent *ſans venin*. Inſectivorus. Indigenæ hanc ſerpentem in ſinu fovent; *innocuus*.

13. COLUBER; Anguis *Catesb.* p. 58. E cœruleo & albo varius. The Wampum Snake; a moneta indica Wampum, quæ ex conchyliis in fruſta regularia ſectis conficitur & filo cœruleo-albo ſuſpenditur.

14. COLUBER; Anguis *Catesb.* p. 59. Cæcilia maculata. The Glaſſ-Snake. Serpent de verre. Capite parvo anguillæ-formi; ventre luteo; corpore glabro, nitido; quando leviter baculo ſemel pulſatur, truncus non ſolum in duas, ſed ſimul in plures partes diſſilit, dividiturque. Muſculis ipſisque vertebris plane ſingularibus. *Innocuus*.

* * *

(*Iii*) *Notandum:* Quod *innocuorum* numerus longe major ſit, præ multitudine haud magna anguium venenatorum & *lethiferorum*. Sed noſtra intereſſet, certo ſcire, an ſint dentati.

§. XXI.

## §. XXI.

B. Linckii (apud *Scheuchz.* Ph. S.)

1. Serpens capite & corpore craſſis; vertice fuſco; corpore livido vel cinereo, in dorſo bina ſerie macularum ſubrotundarum, fuſcarum, in ventre albidarum, ſed margine fuſco pictarum p. 1087. t. 606. lit. A.
2. Serpens tenui capite, vertice & corpore hepatici coloris, maculis albis rotundis majoribus, bilinearis diametri, & aliis interjectis minoribus conſperſus, *ibid.* lit. B.
3. Serpens tenuis, longus, ſulphurei coloris, ſemitæniis nigris, ſulphureis punctis conſperſis per æqualia intervalla, inde a roſtro ad extremam caudam notatus, ventre imo flavicante; *ibid.* lit. C.
4. Jaculatrix Ceylanica ſubcærulea major. Serpens minor Capenſis *Vincentii;* t. 630. lit. A.
5. Serpens Americanus craſſior, ex fuſco & flavido varius, vertice & collo prorſus bruno, tæniis per omne dorſum livido-fuſcis, excurrentibus, interſtitiis etiam fuſco colore maculatis, utrinque coëuntibus. Serpens Americana vulgaris.
6. Serpens Surinamenſis ex nigro & albo varius, p. 1296. t. 653. n. 3.
7. Serpens Amer. dorſo nigro, ad latus lineis albis reticulato, tæniatim fere maculoſis tractibus ſenſim anguſtioribus, quandoque bifurcatis; p. 1283. t. 647. n. 1.
8. Serpens tenuis ex flavo & albo varius, notulis per dorſum variæ figuræ, quadratæ inprimis, ventre albido; *ibid.* n. 3.
9. Serpens lato capite marmorato, ex nigricante, fuſco, flavido & albo varia; faſcia nigricante per medium dorſum veluti undatim eunte, nunc cohærente, nunc interrupta, albo colore marginata, ventre flaveſcente. Serpens Guineenſis, *Vincentii.*
10. Serpens Americanus cœruleus, p. 1296. t. 653. n. 1.
11. Serpens ferrugineus, variis maculis nigris in dorſo, a latere ſqua-

CL. I. Spicil. Classis I. Spicilegium.
B. Linckii.

Hemorrhoes. squamis ex umbra, circulis albis semilunatis. Hæmorrhoes (*Kkk*). Colore est arenoso, per corpus vero notis nigris & albis variegata, *Aëtii*. p. 1296. t. 653. n. 2.

12. Serpens Americ. annulis majoribus ex cupreo & minoribus ex sordide albo, t. 654. n. 4.
13. Serpens ex luteo & griseo in capite & collo velut reticulatus; cum maculis fuscis. *Vinc*. II. 66. Leucophæo marmoreus III. 60.
14. Serpens tæniis subalbidis & cupreis. Serpens Coralloides. *Vinc*. V. 90. Serpens tæniis nigris & flavis. *Vinc*. VI. 168. *Scheuchz*. p. 1297. t. 655. n. 8.
15. Acontias. Acontias rostro & supercilio flavescentibus, dorso cœruleo, ventre albo. *Sch*. p. 1302. t. 657. n. 1.
16. Serpens ex albo lurido & fusco variegatus, maculis per dorsum inprimis nigro fuscis; ventre albo flavo. *ib*. n. 2.
17. Vipera Surinam. alba; fasciis latis vix semicircularibus, fuscis. p. 1311. t. 660. n. 1. *Vinc*. III. 30. III. 92.
18. Serpens grisei coloris, per dorsum maculata, ad latera striata, *ibid*. n. 2. *Vinc*. II. 21. VI. 168.

* * *

(*Kkk*) Quod ad ejus ictum sanguis ex omnibus humani corporis meatibus effluat, viperæ caudisonæ similis; nisi quod sonalibus cæreat: major est Hæmorrhoide novi mundi, sed ejusdem veneni; *Raj*. *Nieremb*.

*At non stare suum miseris passura cruorem*
*Squamigeros ingens* Hæmorrhois *explicat orbes*. Luc.

ab αἷμα, sanguis, & ῥοῦς, fluxus. *Aet*. Cum Ceraste convenit. Reliqua apud *Grevinum* p. 69. piger in motu est.

## §. XXII.

19. Boycupecanga, i. e. notulis quibusdam in dorso. *Raj*. 33. *Scheuchz*. p. 1311. t. 660. n. 5.
20. Vipera Isebequensis. *ibid*. n. 6.
21. Vipera Guineensis. *Sch*. p. 1312. t. 660. n. 7.
22. Vipera linea nigra per longitudinem dorsi; t. 661. n. 8.

CLASSIS I. SPICILEGIUM. CL. I. SPICIL.

B. LINCKII.

23. Dipſas Angolenſis, *ibid.* t. 662. n. 10. Acontias trium palmarum longitudine. *Raj.* 290. ex *Bellon.* (*).

(*) Elops, Elaps, Elaphis, Lemni incolis LAPHIATI. *Rajus* ibid.

24. Vipera Æſculapii. *Sch.* p. 1312. t. 662. n. 11.
25. Fyplops fuſcus per totum corpus aut obſcure maculoſus *Gesneri. Sch.* p. 1429. t. 715. n. 1. Jarara epeba. *Raji.*
26. Serpens, jaculatrix, ſubcærulea ex viridi. *Sch.* p. 1431. t. 717. n. 2.
27. Serpens Surinamenſis punctis nigris, p. 1493. t. 737. n. 1.
28. Dipſas ex bruno & purpureo varia, lituris albis in dorſo. *ibid.* t. 738. n. 5. Jarara Coaypitinga *Piſonis.*
29. Serpens tractibus nunc tortuoſis longis, nunc ſubrotundis nigris, medio cæruleis, & ad latera maculis candidis, p. 1494. t. 739. n. 7.
30. Vipera ſubcœrulea ex nigro teſſellata, ventre flavicante, p. 1532. t. 746. n. 2.
31. Vipera Surinam. capite fuſco cingulis albis minoribus, ſubflavis majoribus in dorſo, p. 1532. t. 748. n. 7.
32. Vipera Indica. *ib.* t. 749. n. 9. Eſt Vipera conſpicillaris. *Sebæ* ſupra §. VII.
33. Serpens ex coloribus nigro, albo, flaveſcente, purpureo, veluti marmoratus; maculis in dorſo nigricantibus. p. 1552. t. 749. n. 11.

## §. XXIII.

Experimenti loco conferantur *deſcripti* a *Linckio* Serpentes cum Anguibus *pictis* Sebæ. Vix ac ne vix quidem illi his aſſimilari, nedum hi cum illis æquari poſſunt; quod utique juxta tantas multitudines Anguium dolemus, aliquando oleum & operam perdentes. In melius laboravit, nec tot difficultatibus plenus eſt CATESBEJUS, quin Serpentes ejus ſpicilegio congeſtos mox ad COLUBROS, imo ad innocuos numerandi facultatem haberemus. Nonnulli non niſi cortices contemplantur, nucleos non guſtantes plerarumque rerum naturalium. Quidam læſionis forte pavidi vel emortuorum Anguium

guium interanea dentesque vel oculis lethales averſantur. „ Huc „ trahi poteſt, quod inquit *Jo. Faber Lynceus*, res inſolens profe-„ ċto & admiranda videtur, quod homines nimirum, cum non vi-„ ſos modo ſibi Serpentes exhorreſcant, ſed ubi hos mente & cogi-„ tatione, imo per ſomnum ſolummodo comprehenderint, adeo pa-„ veant ſubinde & contremiſcant, ut ſaltem non animo linquantur „ & extra ſe toti rapiantur." Multum ad ſtuporem conferunt ſtupenda plane, quæ de *Baſilisco* & *Draconibus* a *Plinio*, *Solino*, *Alberto*, *Æliano*, & aliis referuntur. Quid dixerim de *Auli Gellii* l. 6. c. 3. Serpente inuſitatæ magnitudinis, primo bello punico ab *Attilio* Regulo Conſule in Africa viſa? Adverſus quam prælium grande atque acre fecit, eamque magna totius exercitus conflictatione, baliſtis & catapultis diu oppugnavit, ejusque interfectæ corium, *centum & viginti pedes* longum Romam miſit — Quid de *Olai M.* Serpente ducentos pedes longo? A via aberrarem, ſi in arenam cum DRACONIBUS deſcenderem, qui variis nationum linguis uno eodemque Vocabulo appellantur. MONSTRORUM quidem Serpentinum genus particeps eſſe non negarem; verum & *illorum* cauſa permultis fabulis inquinata legitur. Huc faciunt *Aldrovandi* Serpentes monſtroſi & ipſius *Fabri Lyncei*, quam p. 797. in icone repræſentat, Amphisbæna Europæa; ne dicam de fabulis intruſis in hiſtoriam ANGUIUM CAPITE INDISCRETO, CAUDA TRUNCATA (de quibus mox). Inter naturæ miracula quoque referuntur Serpentes anſerinis pedibus *Plinii*, aliique inſolitarum corporis figurationum. Addam inſolitum quid: ex Theſauro animalium vivis coloribus egregie pictorum, quem olim poſſedit Celebris Polyhiſtor JOBUS LUDOLPHUS, ſive dixeris Serpentem ſive Lacertum monſtroſum, DUOBUS PEDIBUS LACERTINIS, *Tab.* I. cujus tamen hiſtoria me latet. Sed mitto inſolita; ad finem hujus TENTAMINIS properans.

§. XXIV.

§. XXIV.

## *CLASSIS II.* CL. II.

### Anguis Capite Indiscreto, Cauda quaſi Truncata.

Indiſcretum caput dicimus, quod difficulter a reliqno corpore diſcerni poteſt. Cauda truncata i. e. quocunque modo decurtata, in fine rotundata, ut ſpeciem capitis præ ſe ferat; quum angues reliqui omnes habeant capita notabiliter diſcreta, caudasque decreſcentes attenuatas vel acuminatas (§. III.), præter unicam Viperarum tribum nolis in fine decreſcentis caudæ inſtructam. Hæc Familia *duobus* abſolvitur *generibus:* Scytalis (*Lll*), & Amphisbænæ (*Mmm*).

* * *

(*Lll*) Grevinus græcum nomen σκυτάλη, a σκῦτος corium, retinuit, æquatque vocabulum *lorum* coriaceum aut *ſcuticam* aut *baculum*. Eſt autem Scytale *magis cauda* quam *capite* anomala ſerpens; corpore tereti æqualiter utrinque craſſo, baculum, quaſi in rectam lineam ſine flexu protenſum, referente, ita quidem, ut vel difficulter diſcerni queat caput a cauda ſemper truncata, vel caput figuram aliquam Coronidis in ſcipione, aut baculi lente decreſcentis Globulum repræſentet; in tantum ab Amphisbæna diverſa; non attenta differentia, quod Amphisbæna vi nominis ſui, antrorſum & retrorſum gradiatur vel ſerpat, quam naturam & Scytales communem habent & *vermes* & *aſtaci* pluraque animalia; vid. *Hieron. ab Aquapendente* de reptatu. *Nicander* Scytalem manubrio Ligonis & Amphisbænam vermi terreſtri aſſimilavit; nam, monente *Salmaſio* in *Solilinum*, omnes veteres autores Scytalem & Amphisbænam ſibi ſimiles eſſe ſcripſerunt, quia hæ beſtiæ caput in utraque corporis extremitate habere videntur; attenta tamen levi differentia jamjam indigitata.

(*Mmm*) Quid magis naturæ limites & rerum ordinem creatarum excedere videtur, quam pingere aut fingere etiam, nedum vivum intueri animalculum *duobus capitibus*, non in uno loco (quod in monſtris ſatis frequenter viſitur), ſed unum ubi caput naturaliter ſitum eſt, alterum ubi cauda eſſe ſolet, nexum ac poſituram ſuam obtinuiſſe? idque non fortuito & ſive ludentis ſive errantis naturæ vitio, aut joco, ſed ſerio conſilio in tota illa animalis ſpecie atque progenie, ita ſemper obtingere ſolitum eſſe, quod in Amphisbæna evenire in propatulo eſt, *Jo. Faber*. Geminum queritur *Plinius* lib. 8. c. 23. caput Amphisbænæ,

CL. II. Cl. II. Capite Indiscreto—

hoc eſt ad caput & ad caudam, tanquam parum eſſet uno ore fundi venenum? & *Galenus:* quemadmodum ſane navigia utrimque proram habentia, cui natura ex ſuperfluo ſubſtantiæ duo capita eſt largita;

*Et gravis in geminum ſurgens caput Amphisbæna.* Lucan.

Idem;

*Amphisbæna biceps & formidabilis ictu*
*Aſpis* ——

Sed *Matthiolus*, *Albertus*, *Aëtius* improbarunt fabulam deceptorum, Scytalæ & Amphisbænæ bina capita affingentium. Concludit *Matthiolus* caput Amphisbænæ capitibus vermium adeo eſſe perſimile & caudæ æmulum, ut non niſi difficile a cauda diſtingui queat; & *Grevinus* magnitudinem Amphisbænæ ad corporaturam vermis terreſtris comparat, quæ magnitudo non ex craſſa in tenuem ſinit, inſtar corporaturæ aliorum anguium, ſed ritu Vermium eſt æqualis (*vel fere æqualis*). Hinc factum, ut intuentes hanc beſtiam locum caudæ a loco capitis diſtinguere neſciverint, & potiſſimum, cum modo ante modo retro, more navigiorum utrimque proram habentium gradiatur. Alia animalia undatim ſive undando procedunt; alia partim ſe contrahendo, partim extendendo. Quæ undoſe repunt, hoc faciunt, vel quod undæ per dorſum fiant appareantque, & ſuperne incurventur, prout Hirudines, in aliis undæ oblique per terram fiant, quæ Spiræ vocantur;

—— *ima per orbes*
*Squameus intortos ſinuat veſtigia ſerpens*;

Quæ vero ſerpunt ſe contrahendo partim & partim extendendo, ſunt Vermes, ut Lumbrici; alia arcuatim procedunt, ut Eruca geometra; licet cognitu difficile ſit, quomodo Vermes terræ innitantur, ſeque ipſos contrahant & promoveant. Sed de hac difficultate in Ordine II. de Vermibus. Super addimus: hanc *familiam ſecundam* Capite indiscreto cauda truncata *dentes* habere *occultos*; ſiquidem punctura eſt obſcura, quæ inflammationem generat, ita ut fiant induciæ, donec opportuna remedia adhiberi posſint; vix enim apparentem morſum reportant percuſſi, qualis inflammatio a dentibus viperarum prodire ſolet. Sic *Wottonus* f. 102. a: Amphysbæna aut Scytale, etiamſi mordeant, *non enecant*; ſed horum ſerpentium morſus & obſcuri ſunt & inflammationes tantum inferunt, quales fere ex apum veſparumve ictibus contingunt; neque, ut alii Serpentes ex craſſiore corpulentia in caudam tenuem deſinunt, ſed terete corporis figura utrinque æque craſſa exiſtunt, ut aſpectu diſcernere neſcias, utra in parte caput aut caudam eſſe dixeris.

Cæ-

Cl. II. Capite Indiscreto— *Cl. II.*

Cæterum bene monet *Rajus* p. 288. „ Dari etiam Serpentis genus „ gemino inceſſu antrorſum & retrorſum non negaverim; at vero Bi- „ cipitem Serpentem (*niſi forte monſtrum*) ſeu utraque extremitate „ capitatum *in rerum natura* inveniri, nimis impudens eſt, qui affir- „ mat, & nimis ſtolidus, qui credit." Nemo quoque lubenter calculum addiderit *Moufetto* p. 315. de Lumbricis aquaticis: Dari in mari mediterraneo *lumbricum* teretem *anguis majoris* magnitudine & colore, ſed *ſine capite & cauda*, ut notavit *Weckerus*, qui Amphisbænam pro lumbrico habuit.

## §. XXV.

## GENUS I. G. I.

### Scytale.

Cauda præ Capite rotundata (*)

(*) Quod cauda reliquorum anguium in exitu tenuis & acuminata; & Scytalæ caput præ capite Amphisbænæ minus difficulter dignoſcitur.

1. Scytalæ Africanæ binæ ex rufo flavæ, punctis ſaturate ſpadiceis variegatæ; ventre cinereo; puſillæ; mas & femina. *Seba* t. 1. n. 1. 2.
2. Scytale Surinamenſis, ſpadicea, punctis albis & nigricantibus, ventre cinereo. *Seba* t. 1. n. 5.
3. Scytale Zeylanica; rufi coloris, maculis nigricantibus; craſſiore cauda obtuſa; capitis ſquamis in figuram cordis congeſtis. Amphisbæna *Grevini*. Amphisbæna Zeylanica. *Sebæ* t. 1. n. 7.
4. Scytales binæ; Mantuanæ, mira colorum varietate pictæ; vertice cœruleo. Scytalæ binæ Americanæ, Amphisbænæ etiam & Cæciliæ vocatæ. *Seba* t. 2. n. 1. 2.
5. Scytale ex nova Hiſpania, capite minuſculo. *Seba* t. 2. n. 3. 4.
6. Scytale Indiæ orientalis & occidentalis; dentibus minutis; ſenſu olfactus carere dixit *Seba* p. 23. t. 21. n. 4.
7. Scytale ex fuſco & albo variegata. Serpens Americana Cæcilia dicta. *Seba* t. 22. n. 3.

CL. II. Cl. II. Capite Indiscreto—

G.I. G. I. Scytale.

8. Scytale marmorata variorum colorum. Serpens Cæcilia Guineensis. *Seba* t. 23. n. 3.

9. Scytale albo rosacea, crassa; capite brevi lato, minutis dentibus armato; naribus patulis, oculis (*) perparvis membranis invicem obvelatis. Serpens Cæcilia Americana vera dicitur. *Seba* t. 24. n. 1.

(*) Si est oculata, dici nequit Cæcilia, Blindschleich/ etsi oculi membrana obvelati. Et angues vulgares spolia sive exuvias cum membrana oculorum deposuisse maxime translucida, sæpissime offendi.

Ibyara. 10. Scytale Ibyara dicta. *Seba* t. 25. n. 1. Dorso corallino; glabra; cauda crassa, obtusa. Serpens corallina, Amboinensis, cauda Amphisbænæ.

11. Scytale subrufa, ventre candicante. Anguis Scytale parvus, Americanus. *Seba* t. 42. n. 4.

Petola. 12. Scytale Petola dicta. *Seba* t. 73. n. 3. Obscure rubra, ventre croceo; mirum tonum emittens. Serpens coralloides, Brasiliensis; rubra Amphisbæna.

13. Scytale capite flavicante; annulis tenuibus. Amphisbæna Americana, ex fusco & albo variegata. *Seba* t. 3. n. 4.

Nixboa Quanquecholla. 14. Scytale Nixboa Quanquecholla, seu Serpens rara, Mexicana, cauda lata obtusa. Nigro fusca; ad latera tænia albicante. *Seba* t. 77. n. 1.

15. Scytale ex Chilo insula, fusca, punctis nigris. *Seba* t. 86. n. 4.

Tucuman. 16. Scytale Tucuman, *Seba* t. 100. n. 2. sive Miguel de Tucuman; ex Paraguaja; capite albo fuscis distincto maculis; postica parte rufa.

17. Scytale fasciata. Serpens corallina, Amboinensis. *Seba* t. 100. n. 3. Capite flavicante.

## §. XXVI.

G. II.

## GENUS II.

### Amphisbaena.

Capite caudaque dubiis.

1. Amphisbaena rosei coloris, nitentis. Serpens biceps, Ame-

Cl. II. Capite Indiscreto— *Cl. II.*
Gen. II. Amphisbaena. G.II.

Americana rubra. *Seba* t. 6. n. 4. Ἀμφικέφαλος; oculis, naribus lingua & dentibus expertem dixeris.

2. Amphisbaena, reticulata. Amboinensis; *Seba* t. 7. n. 3. minutis ocellis. Apertura in exitu caudæ, oris specie, quibusdam imposuit.

3. Amphisbaena squamis rubicundis, *Seba* t. 7. n. 4. crista spadicea venisque albis in capite.

4. Amphisbaena ex flavo & rubeo, maculis albis variegata. *Seba* t. 20. n. 3.

5. Amphisbaena annulis saturate cæruleis. *Seba* t. 30. n. 3.

6. Amphisbaena coracinis tæniis; Ceilonica; femina. *Seba* t. 73. n. 3.

7. Amphisbaena Americana; ex rubro, flavo & albido varia; tæniis nunc integris nunc dimidiatis, nigris angularibus, a capite ad extremam caudam; *Linck.* apud *Scheuchz.* p. 1179. t. 628. lit. B. Ibiracoa *Raj.* 328. Ibiracoa. Vipera indica tricolor major. Palaparya Zeylan. *Idem* 331. Tunupolon *Zeylon.* arcuum more variegata. *Id.* ib. Palaparya. Tunupolon.

8. Amphisbaena subcinerea, lineis plurimis transversis nigricante colore striatis, nullo ordine. Amphisbæna Amer. minor subcinerea & alba; Scytale *Raji* 288. Ibijara, *Brasil.* Badty Tapuyis Cega, Cobra vega; Cobre de los Cubecas, *Lusit.* Oculos habet minimos vix conspicuos. *Raj.* 289. Ibijara.

9. Amphisbaena capite diademate ornato, eodemque & dorso ex albo & nigro tessellatis. Serpens corallini coloris, dum vivit, lineis latis, reticulatis; *Linck.* apud *Scheuchz.* p. 1180. t. 629. lit. F.

10. Amphisbaena, subflavi in dorso, in ventre magis carnei coloris, *Linck.* p. 1295. t. 652. n. 1.

11. Amphisbaena nigra, punctis atris, maculis præterea albis in capite & collo ferme tæniatim coëuntibus, ventre sulphureo & rubescente. *Linck.* p. 1311. t. 66. n. 3.

12. Amphisbaena Amer. ex albo & nigro varia. *Linck.* p. 1346. t. 678. n. 2.

13. Amphisbaena Giraupiagara *Raj.* 329. dorso ex albo & sub nigro tessellata, ventre sub flavo. *Linck.* p. 1532. t. 747. n. 4. Giraupiagara.

*Cl. II. G. II.* Cl. II. Capite Indiscreto—
Gen. II. Amphisbaena.

14. Amphisbaena Iſebequenſis; cuprei coloris, variis lineis & punctis nigris in dorſo. *Linck.* p. 1532. t. 748. n. 6.

15. Amphisbaena Amer. nigra lineis albis ſine ordine poſitis; capite pene toto albido; *Linck.* p. 1532. t. 749. n. 10.

§. XXVII.

Epilogus de Anguibus.

Jam tentando abſolvimus Herpetorum *Ordinem* I. Angues, quotquot fiduciarie apprehendere nobis licuit. Eſt quidem Verecundia, ex mente Eloquentiæ Magiſtri *Quintiliani*, amabile *vitium*, *virtutes* facile *generans*, ſed ſæpe nocet. Difficulter namque aggreſſus ſum hæc animantium genera, quæ illuſtres ſyſtematici a ſe invicem propulerunt, vermesque non vermes cum vermibus verminoſis nobis propinarunt. Labor per annos latuit; & quidni Verecundia motus lucubratiunculas lubenter reticuiſſem, ne tantis viderer me opponere viris, inſuper non neſcius, diuque expertus, quod facilius ſit reprehendere quam imitari! Verum animos reſumpſi, & audacior factus, mea quoque proferre decrevi, poſtquam iterum *Quintilianum* legerim: „ quod valde difficile imo impoſſibile „ ſit, imitando alterius ſimilem fieri, quare potius ſtudere debemus, „ ut ſuperemus; ſic enim fortaſſis æquabimus; nec qui maxime imi- „ tandus, etiam ſolus eſt imitandus." Sic ſtudia valeant noſtra quantum poſſunt; nobis judicamus, nobis erramus. Æquanimi Lectores, bilance expendant omnia, ut in melius vertant; & me perſpicaciores exhibeant modo anguium Ora Dentesque enucleatos, nec forte dimicabunt ſuper hoc Herpetologiae tentamine.

Inverecundis autem Cenſoribus ſuæ maneant irriſiones. Nos utamur ratione, quum nihil vel inter Apedia vel inter Quadrupedia intereſt atque Hominem, qui ſeſe ratione non diſtinguit. Quippe

*—— Separat hæc nos*
*A grege mutorum.*

Herpeta apeda eſſe diximus; Quadrupedum definitio per ſe patet, quod ſint: Animalia Terræ, quæ quatuor pedibus gradiuntur, non niſi victus cauſa aquas frequentantia.

§. XXVIII.

## §. XXVIII.

# TABULA GENERALIS.

HERPETOLOGIAE. §. 1.

- ORDO I. ANGUIS §. 2.
  - *CL. I.* Capite discreto, Cauda attenuata. §. 3. 4.
    - GEN. I. VIPERA evidenter dentata §. 5.
      - I. ΚΥΝΟΔΟΝ dentibus caninis §. 5–7.
        - A. VIPERA vulgaris. Ἔχις. §. 5.
        - B. VIPERA caudisona; §. 6.
        - C. VIPERA conspicillaris. §. 7.
      - II. ΙΧΘΥΟΔΟΝ; ἰχθυοδȣς. VIPERA. dentibus pectinatis, Lucii piscis similibus. §. 8.
    - GEN. II COLUBER. ΛΥΓΑΙΟΔΟΝ, Dentibus acicularibus umbrosis & occultis. §. 9—17.
    - GEN. III. ANODON. ΑΝΟΔΟΥΣ; edentulus, §. 18. 19.
    - Anguium *Spicilegia*: Catesbeji. Linckii, §. 20–22.
  - *CL. II.* Capite indiscreto; cauda quasi truncata. §. 24.
    - GEN. I. SCYTALE; cauda præ capite rotundata. §. 25.
    - GEN. II. AMPHISBAENA; capite caudaque dubiis. §. 26.

## §. XXIX.

- ORDO II. VERMIS §. 30. (*)
  - *CL. I.* LUMBRICUS; corpore tereti. §. 31.
    - Terrestris, in *aqua* non subsistens. §. 32.
    - Aquaticus, in *sicco* non subsistens. §. 33.
    - Animalium; in variis partibus. §. 34.
  - *CL. II.* TAENIA; corpore longissimo articulato. §. 35. 36.
  - *CL. III.* HIRUDO; ventre sessili, cauda tereti. §. 37. 38.

§. XXX.

(*) Pars quoque Lerneæ Serpens eris unus Echidnæ, *Ovid.* Metam.

§. XXX.

ORDO II. 

## ORDO II.

VERMIS. Δερμεστής. Est animal Herpetum (§. I.) exsangue, transformationi non obnoxium. Cute nuda; Spina carens; non nisi gustum & tactum habens; trachæis in musculis præditum (*Nnn*).

* * *

(*Nnn*) Oculis, auribus & lingua non gaudent VERMES; ore tamen gustum sentientes ad sugendum apto. Prout amplificata serpentium & reptilium cognitio, sic & nomen VERMIS late patere solet; unde est quod illustri *Linnæo* e re visum fuerit & ZOOPHYTA & TESTACEA vermibus accensere. Pro motu progressivo VERMES TERRESTRES nunc hanc nunc illam corporis partem in terra figunt & se vertunt, AQUATICI flexibiliter in fluido gyris variis sese torquent & moventur; (confer. *comment. Mmm*). Tæniarum motus pro loco, in quo degunt, exiguus est, & singularis.

§. XXXI.

*CL. I.*

## *CLASSIS I.*

LUMBRICUS

Est VERMIS teres; corpore vel annulato, vel lævi aut lævissimo (*Ooo*). GENERA a loco.

* * *

(*Ooo*) Teredines, Termetes, Fleischmaden / *vermes* quoque appellari solent, sed improprie, animalia quæ mox transformationem patiuntur. VERMES sunt herpeta transformationi non obnoxia; ne dum cum polypis quid commune habentia.

§. XXXII.

*G. I.*

## GENUS I.

LUMBRICUS terrestris (*Ppp*); Est VERMIS in *aqua* non subsistens (*Qqq*).

1. LUMBRICUS terrestris, crassissimus, qui pro lubitu in magnam longitudinem excrescit; cui cauda cylindrica est, nul-

Cl. I. Lumbricus 

I. Terrestris.

nulla vero fafcia in dorfo. *Redi* de anim. viv. t. 16. *Willis* an. brut. t. 4. Lumbricus terreftris major, *Linnæi*. Daggmatsk, *Suec*.

2. Lumbricus terrreftris, cui fupra dorfum fafcia eft cum cauda lata, inftar folii olivæ. *Redi* t. 15 f. 1.

3. Lumbricus terreftris, caudam habens latam, non fasciam in dorfo. *Redi* t. 15. f. 2.

4. Lumbricus terreftris; cui fafcia in dorfo, cauda teres atque rotunda. *Redi* t. 15. f. 3. (*Rrr*). Lumbricus lævis, Metmatsk. *Suec*.

* * *

(*Ppp*) Lumbrici a lubricitate; ἕλμινθες, Inteftina *terræ*, γῆς ἔντερα. Diximus Vermes effe animantia *apoda*. Non adverfantur nobis *Willif*. *Swammerd*. *Raj*. aliique autores; quando *Willifius* de An. Brut. lumbrico terreftri quatuor pedunculorum feries adfcripfit per integram longitudinem decurrentes, quibus tanquam uncis nunc hanc nunc iftam partem corporis affigit pro motu progreffivo; nec *Swammerd*. Bib. Nat. II. p. 739. quod multa animalia, quæ pedibus carere dicuntur, his omnino inftructa fint; fed addit: *Sic lumbrici pluribus fane gaudent pedibus, & alio modo conftitutis, quam vulgo pedes folent.* Itaque pedes improprie dicti, quales & Angues habere, fupra monuimus. Idem *Swammerd*. „ in ipfis pariter *Serpentibus* id mihi patuit, quas equidem quintuplici „ *pedum fpecie* donatas effe obfervavi; earum fcilicet nonnullæ in cor- „ poris fui medio *fpinofam* faltem gerebant excrefcentiam." Confer. *Dubia* noftra ad XIX. de Amphibiis *Illuftris Linnæi*, quod *fquamæ ventrales* anguibus pro pedibus fint: ideo tamen non dixeris, *Herpeta* effe *pedata*. *Moufettus* dicit: tractu & pulfu quodam de loco in locum moveri, non proprie volutari Lumbricos; *Rajus* vero in lateribus ponit duos ordines *afperitatum*, lato fatis intervallo a fe invicem diftantium, quibus, uti pedibus, ad rependum aut corpus promovendum utitur Lumbricus.

(*Qqq*) Quo experimento nullum facilius. Nocte tamen, præfertim pluviofa & rorifera *poft pluviam* fupra terram, quod talpas valde verentur, apparent, coeunt & ad auroram ufque cohærent; unde Germanis: Regenwürmer. De modo congrediendi circa *cingulum* carneum lumbricorum vulgarium aut *torquem* craffiusculum vel *fafciam*, confule *Rajum*, *Moufettum*, *Redi* de Anim. viv. t. 15. Anatomen inprimis quoad vifcera vitalia & tracheas in mufculis annularibus lumbrici majoris. vid. *Willif*. t. 4. Inteftinum in inteftino, quod *Willifius* obfervavit, *Moufettus* appellat receptaculum intra carnem per totum corpus defcendens annulatum, membrana tenui donatum. *Rajo* audit canalis feu inteſti-

 tefti-

CL. I. Cl. I. Lumbricus

G. I. I. Terrestris.

teſtinum ingens annulis interceptum, ſeu diviſum in cellulas, Coli modo.

(*Rrr*) *Rajus* Terrestres diſtinguit in Majores ſive vulgares, Dew-worms, *Angl.* & Minores; quos ſubdividit in Rubicundos, majoribus concolores, in Virides & in Vermes *cauda flaveſcente*, Gilt-Tails, *Angl.* Majores *Moufettus* ſimiles reddit iis teretibus, qui inteſtinis hominum innaſcuntur, ſemipedem longos, imo extenſos pedem æquantes, coloris dilute carnei, qui maximam partem omnes præditi annulo circa collum; minores *G. Agricola* & *Aldrov.* Ascarides vocat in ſterquiliniis & ſub lapidum aggere frequentes. Hos Piſcatores pro hamis in eſcam piſcium ſectantur. Vide ſis curioſam obſervationem ex *Diario Hamburgenſi* (Hamburgſches Magazin) Tom. VIII. P. III. num. VI. ad Calcem Tentaminis, noſtraque oborta dubia.

§. XXXIII.

G. II.

## GENUS II.

Lumbricus aquaticus (*Sss*); in terra vel in *ſicco* non ſubſiſtens.

1. Lumbricus vermis, *Moufetti* p. 325. an aquaticus (*Ttt*)?
2. Lumbricus aſcaris, paluſtris, *Linnæi.*
3. Lumbricus punctis prominulis maris ſeptentrionalis, *Linnæi;* major eſt terreſtri; annulis & tuberculis compoſitis, ſive punctis extrorſum prominulis.
4. Lumbricus Gordius *Linnæi.* Seta ſeu vitulus aquaticus, *Aldrov. Geſn.* Seta aquatica, *Merr. pin.* Vena Medeni; Nervus Medinenſis, *Avicennæ*, Dracunculus Perſarum Kämpferi (*Uuu*).

* * *

(*Sss*) Sicut lumbrici *terreſtres* in aqua haud diu vivunt, ita etiam *aquatici* in arida poſiti cito intereunt; illi videlicet aëris, hi vero humiditatis penuria laborantes. Nodo vel torque carent aquatici; in ſabulo plerumque ad litora degunt, terramque e cavernis ejiciunt terreſtrium more, quos piſcatores eſcæ loco in piſcium captura, prout lumbricos terreſtres, venantur.

(*Ttt*) Ibi: In mari mediterraneo lumbricus teres, *anguis majoris* magnitudine & colore reperitur, ſed ſine capite & cauda, ut *Weckerus* notat; aliquando ad 20. pedum longitudinem accedit. Quis ejus uſus aut natura,

Cl. I. Lumbricus CL. I.
II. Aquaticus. G. II.

tura, *Moufettus* non accepit, ſed ab aliis ſperat lucem, quæ utrumque monſtret. *Weckerum* Amphisbænam anguem, capite indiſcreto cauda truncata pro lumbrico ſumſiſſe, dubio haud caret: quod (*comment. Mmm*) jam monuimus. Dari autem vel Scytalen vel Amphisbænam ſive terreſtres, ſive aquaticas, longitudine 20. pedum, hallucinationem ſapit.

(*Uuu*) Paucis Priſcorum vermis fuit cognitus. Recentiores eundem variis titulis ſalutant: Germani aliquando: Waſſerkalb/ vitulus aquaticus: ratio denominationis alia dari non poteſt, niſi quod vituli nonnunquam cum aqua bibant, etiam periculo vitæ. Eſt inſtar *Setæ* tenuis, cubitalis, ut recte ſcribit *Albertus*, quoque longitudinis, durus; niſi bene ſis oculatus, parum differt utraque extremitate. Anno 1750. Vermem d. 10. Junii in Conſeſſu Societatis Gedanenſis, ex Cœnobio Carthuſiæ noſtræ ad me miſſum monſtravi; nullæ in corpore inciſiones, ſed læviſſimus fuit; ambæ extremitates parumper fuſceſcebant, reliquum corpus coloris ſetæ chelys. *Aldrovandus* & nigricantem vidit. Interdiu æque ac noctu in continuo erat motu, longitudine duos pedes ſuperans; raro vidi ſpatio ſex ſeptimanarum inſtar nodi Gordii intricatum, ut vel tribus in locis nodi eleganter ducti apparuerint; artificioſe tamen eosdem reſolvere ſeque extricare didicit. Cauda a capite diſtincta, quod illa leviter bifida extremitate nonnihil curvata, capitulum vero parvum, rotundum, ore circulari perexiguo. Mira facilitate os ad latera lagenæ applicavit, quoties, torquendo caudam, poſteriori corporis parte flexus indeſinentes & vibrationes peragere & anteriorem corporis partem quieſcentem ſuſtinere ipſi volupe fuit. *Guineenſes* hauſta aqua ex ſimili verme graviſſimum contrahunt morbum, cum tandem corporis partes muſculoſas perforat. De eo & de remediis vid. *Sloane* Jam. Introd. p. cxxvi. & in *Addit.* p. 350. figuram t. 233. f. 1. conf. *Kämpf.* Amœn. p. 524. *Liſt.* Tranſ. Angl. N°. 225. p. 417. Account of the long worm, which is troubleſome to the Inhabitants in the Eaſt Indies, between Gomroon and Schiraz. *Linn.* Fauna Su. §. 1265. & *Aldrov.* p. 721.; Ex Hiſt. Nat. Barbadenſi (Nat. Hiſt. of Barbados) *G. Hugheſii*, quæ nuperrime 1750. lucem vidit, hæc habeto: „ Other cutaneous Disorders by the Gui„ ney-Worms and Ciegoes, called *Chiggers.* Theſe worms are gene„ rally bred in ponds of ſtagnant freſh waters, and it is ſuppoſed, „ that they enter oftener in by the Pores of the Skin, than by drin„ king the water: for thoſe who moſt frequently bath in ſuch ponds, „ are ofteneſt troubled with them. They are exceeding long, in „ reſpect to their great Exility and Thinneſs; and are eaſily obſerved, „ when ſome of that water is mingled in a Glaſs with ſome other mo„ re transparent water. Dr. *Gamble* had one of theſe, wich meaſu-

Cl. I. Cl. I. Lumbricus

G. II. II. Aquaticus.

„ red an Ell long; it exactly reſembled a waked white Thread. They „ move very quick under the Skin, along the *membrana adipoſa;* and „ what is one Day ſeen in the Breaſt, or Belly, ſhall often in a „ day or two be found in a *diſtant Part* of the Body, perhaps the „ Thigh, the Leg, or under the Ham." Reliqua, de remediis & cura apud autorem.

§. XXXIV.

G. III. GENUS III.

Lumbricus Animalium; Στρογγύλος, i. e. Genus rotundum, vel corpore tereti; in partibus hominum & brutorum (*Www*).

1. Lumbricus inteſtinalis humanus teres (*Xxx*).
2. ——— ——— ſub pelle Leonis. *Redi* t. 9. f. 2.
   - - - - - Martis. *Id.* t. 9. f. 3.
3. ——— ——— in Rene Canis. *Redi* t. 8. f. 1. 4.
   - - - - - Martis, longiſſimus & craſſiſſimus. *Redi* t. 9. f. 1.
   - - - - - Luporum (*Tyy*). *Journ. des Sçav.* XII. p. 14.
4. Lumbrici Aſcarides (*Zzz*). Superſedemus pluribus.

* * *

(*Www*) De vermibus in *variis partibus* corporis: in cerebro, oculis, auribus, dentibus, inteſtinis, renibus, cordis, pericardii, in ventriculo, pancreate, veſica urinaria, veſica fellea, hepate, mammis, ulceribus & tumoribus, variolis, morbillis, in ſcabioſorum puſtulis, in peſte, ſaliva, infra linguæ venam, in medio gulæ, ſanguine; vid. Scholion *Jo. Jac Stolterfohti* ad *Reinh. Wagneri* obſervationem de verme faſciali duodecim ulnarum & quod excurrit longitudine innoxie per alvum excreto; *Act. lit. mar. Baltici* 1699. m. Oct. p. 301. & *Tranſ. Angl.* paſſim. Ecce homo, quis ſis! gleba verminoſa, ſplendide miſera. Conf. vermis ex frontali ſinu pueri Carlskronæ vivus excretus, *Act. Suec.* 1721. p. 180. cum fig. & *Tranſ. Angl.* N°. 213. p. 219. *Redi* per integrum tract. de animal. vivis in corpore viventium; *Nic. Andry* de variis vermium ſpec. in corpore humano enatis; *Aldrov.* p. 678. *Leeuwenhoeck* paſſim. Laudatus *Stolterfoht:* „ Quamvis verminoſa hæc „ ſoboles admodum differat ſpecie, ad tria tamen genera commode „ refertur a Doctoribus noſtris, adeo ut dentur *Lumbrici teretes*, *lati & Aſcarides*; inter hos frequentiſſimos eſſe *teretes*, qui lumbricos ter-

„ re-

„ restres æmulantur;" vid. *Wedel.* in Pathol. med. & *Paullinum* de morte verminosa; nec non Tom. II. Experimentorum Soc. Ged. de origine vermium in corpore humano.

(*Xxx*) Quod re vera teretes atque rotundi apparent, non absimiles vermibus qui intra terram nascuntur & terræ intestina vocantur; utra corporis extremitate mucronata; rubri, flavi, nigri & ex parte albi vel fulvi. Lumbrici teretis anatomen & descriptionem vid. quoque in observationibus *Edw. Tysonis* Transf. Angl. N°. 147. p. 154. cum figuris. Mares minores sunt fœminis.

(*Yyy*) Observationes lumbricorum in *renibus luporum* anno 1726. cum regia Societ. Anglic. in transact. N°. 413. p. 269. communicavi. Elenchum observationum lubenter hisce adjungo, cum figuris ad naturalem magnitudinem vermium eorumque viscerum accurate expressis; quæ in transactionibus ad medietatem reductæ apparent, quibus non respondet textus:

Tab. I. f. 1. Lumbricus, ex Rene *Lupæ*; vermis *fœmina.*
f. 2. Mas ex Rene Lupi.
f. 3. Ren Lupi peram referens, octoque lumbricos continens, fœminas quidem *duas*; mares *sex*; hos subflavos, illas sanguineas.

Tab. II. f. 1. Lumbrici fœminæ facies.
*a.* Os. *b.* anus. *c.* vulva. *d.* lineæ spadiceæ secundum vermis longitudinem decurrentes.
f. 2. *a.* Os. *bb.* Canalis alimentorum, albicans, carnosus. *ccc.* Canalis alimentorum fuscus, depressus, cujus exitus in ano; *d.* locus ubi canales conjunguntur; *eee.* fibræ transversales.
f. 3. & 4. *a.* Os; *bb.* Canalis alimentorum prior; *ccc.* Canalis alimentorum posterior; *d.* locus ubi canales ambo cohærent; *eee.* fibræ transversales; *fff.* vesiculæ albæ lympha turgidæ, quibus tota cutis interna obsita est; *g.* Anus; *h.* Vagina sive vulva; *kk.* Ovarium myriadibus ovulorum refertum, magma fusci coloris nudis oculis referentium; *ll.* vasa præparantia.
f. 5. Ovula per microscopium visa
*a.* sub numero 3.
*b.* sub numero 2.
f. 6. Lumbricus *Mas.*
*a.* Lumbrici; *bb.* canalis alimentorum albicans; *cc.* canalis alimentorum rugosus; *d.* processus vermiformis vasorum spermaticorum; *ee* vasorum spermaticorum ramus ad latus intestini a fibris transversalibus compressus & æquabiliter per totum tractum inflexus; *fff.* vasorum sperma-

CL. I. Cl. I. Lumbricus
G. III. III. Animalium.

maticorum gyri & flexus; *g g* fibræ transverſales; *h.* membrana cartilaginea anum cingens; *i.* rima in ejus medio; *k.* proceſſus ſubtiliſſimus capillaris.

f. 7. Lumbricus *mas* inverſus & circa anum inciſus, ut ductus ſub canali alimentorum latens facile conſpici poſſit.
*a.* Canalis alimentorum rugoſus.
*b.* Ductus albicans ſub canali rugoſo.
*c.* Vaſa ſpermatica.

f. 8. *a.* Proceſſus vermiformis vaſorum ſpermaticorum.
*bb.* Ramuli vaſorum ſpermaticorum gyris expediti.
*cc.* Iidem ramuli reciſi.

(*Zzz*) Ab ἀσκαρίζω, moveo. Promiſcue quandoque ſumitur & pro verme tereti & pro lato. Illuſtris Linnæus & in *paludibus aſcarides* obſervavit. *Lumbricos aſcarides Phocænæ* in capite, quos vermiculos lumbriciformes nuncupavi, vid. in Anatom. Phocænæ ad Piſcium Hiſtoriæ *Miſſum* I. pag. 28. num. XXXI. & p. 31. num. XXV. tab. V. f. 5.

§. XXXV.

CL. II.

## CLASSIS II.

## TAENIA.

Eſt Vermis articulatus (*A*). Ἕλμινθες πλατεῖαι.

* * *

(*A*) *Plinius* & teretes & latas Tænias habet; *communiter* tænia vocatur lumbricus latus; & cucurbitinus; infinitis cucurbitinis pellicula interclusis conſtans; cucurbitini dicti, quod ſinguli cucurbitæ ſeminum ſimilitudinem referant; ex quibus vermibus palpitantibus coadunatis tænia integra conſtat & quandoque in longiſſimam ſeriem protenditur. Non intrabo in controverſiam, an ſecundum *Hippocratem* lumbricus latus ſit abraſio inteſtinorum alba, tota complectens inteſtina, intra quam cucurbitæ ſemini ſimiles animantes procreantur. Vidit *Moufettus* ejusmodi vermem latum miræ longitudinis, palpitantem & motu ſe locali commoventem; latosque lumbricos nil aliud eſſe exiſtimat ac mucum inter inteſtina genitum, vel mucoſam pituitam inteſtinorum frigiditate addenſata loricæque modo inteſtina introrſum ambientem. De hac controverſia vid. autorem p. 297. & *Tyſonem* in §. ſeq. (*comment. B*) citatum; qui bene oculatus de *ore* & *ano* longiſſimæ tæniæ plura refert. Conferatur allegata Obſervatio ex Diario Hamburgenſi. Inprimis: Diſſertation ſur le ver nommé Tænia ou Solitaire, par M. *Bonnet*, Mémoires *de Mathématiques & de Phyſique*, Tom. I.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

1. Taenia humana, *Mouf.* t. penult. *Listeri* Tope worm *Phil.* Tranſ. n. 95. p. 60. 62. Vermis cucurbitinus. Tænia continua plana, ſulcis longitudinalibus, *Linn.* brevis, compreſſa, alba, ſtriis utrinque 3. vel 4. profundis longitudinalibus, pone obtuſa, ore latitudine parallelo, bilabiato, lato. Dn. *Bonnet* Tæniam ſpinoſam deſcripſit.

2. Taenia in inteſtinis felis. *Redi* t. 17. f. 1. In inteſtinis canis, *ibid.* f. 2. (*B*).

* * *

(*B*) Tænias deſcribit, quod ſint candidæ, lacteæ longæque, planæ variasque ἐντομὰς ſive inciſuras habentes, quas vel contrahunt, vel pro lubitu expandunt in tantam quidem longitudinem, ſi quando quatuor ſive ſex transverſos digitos longi appareant, ut in longitudinem duarum ſpithamarum diſtendi queant, iterumque ad lubitum contrahi poſſint; inteſtinis adhærentes altera extremitate, in qua deprehenduntur quatuor puncta, quæ aliquando nigra, aliquando coloris quaſi cœrulei apparent, quæque facilius animadvertuntur, quoties illi vermiculi extremitatem eam ex inteſtinis educunt. Plura de *Tænia* ſive lumbrico lato vel cucurbitino, qui deſiderat, evolvat ampliſſimum Diſcurſum D. *Tyſonis*, Phil. Tranſ. N°. 146. p. 113. ibidemque figuram primam vermis 24. pedes longi, humani, & t. 2. f. 1. & 2. vermis canini 5. pedes longi, ubi etiam capita ſub microſcopio conſiderata; nec non Dn. *Bonnetum* pluresque autores apud eundem; demum ejuſdem quæſtiones reſolutas: 1.) Quelle eſt l'origine du Tænia? 2.) Comment le Tænia ſe propage-t-il? 3.) Y a-t-il pluſieurs eſpèces du Tænia? 4.) Tænia eſt-il un *ſeul* & *unique* animal, ou une chaine de vers? 5.) Le Tænia repouſſe-t-il après avoir été rompu? & 6.) Le Tænia eſt-il toujours ſeul de ſon eſpèce dans le même ſujet?

§. XXXVII.

## *CLASSIS III.* 

## HIRUDO.

Eſt Vermis aquaticus, ventre ſeſſili; cauda tereti; annulatus (*C*).

* * *

(*C*) Βδέλλα. Sanguisuga. Egel. Blut-Aegel. Horſe Lechor. Bloodſucker; nigræ ſubvirides, variæ. Corpus totum circulis, ut in lumbricis ambitur, quibus extenſis contractisque movetur. Gradiendo volutationibus utitur præcedente parte progrediens & reliquum corporis

CL. III. Cl. III. Hirudo.

ad eandem ipſam conducens, ita tamen ut caudæ innitens corpus reliquum, quantum poteſt aut vult, extendat, ſive recta ante ſe ſive retro & reflexum; tum ore fixo caudam & reliquum corpus arcuatum attrahit, vel ad os uſque contigue, vel quouſque libuerit, os verſus. Eluctatur corpore ſuo, ubi nemo putaret: adeo enim in tenuitatem ſe extendere & os acuere poteſt. *Aldrov.* ſunt ſanguinis animalia ſitientiſſima, eoque ſe affatim etiam ad animæ exſpirationem nonnunquam replent. In ſtagnis generantur potiſſimum; per alimenti inopiam reſtagnantibus quoque aquarum ſordibus ſe implent. Dicitur vermis hermaphroditicus, quod tamen nondum res eſt expedita ſecundum *Swammerd.* Anatomen vid. *Tranſ. Angl.* N°. 233. The parts of the male deſtinated to Generation are placed where the Neck ought to be. Habet Sanguiſuga pediculos a quibus vexatur, in ore carunculas dentium inſtar. Natat ſatis celeriter; plerorumque vulnus, quod infligunt, triquetrum eſt.

§. XXXVIII.

1. Hirudo vulgaris, ventre plano, dimidium fere digitum lato, ex flavo viridi, dorſo nigricante. *Raj.* Ad imum oris aut ad œſophagi initium tubercula ſeu carunculæ albæ. Hirudo depreſſa fuſca, margine laterali flavo; Suecis Snigel, *Linn.* maxime in Anglia vulgaris. In aquis paludoſis & in foſſis; vivipara eſt, unico gaudet embryone, cui funiculus caudæ inſertus eſt. *Idem* F. Suec. 1272.
2. Hirudo medicinalis. Hirudo alia parva, tuberculis nonnihil aſpera. *Raj.* (*D*). Hirudo depreſſa, nigra, abdomine ſubcinereo. *Suec.* Blod Igel. *Linn.*
3. Hirudo depreſſa, alba, lateribus acutis. *Linn.* Hirudo ore caudaque amplis. *Friſch.*
4. Hirudo marina Cornubienſis. *Raj.*
5. Hirudo marina, *Mouſetti* p. 323. *Aldrov.* 733.

* * *

(*D*) Hac Medici utuntur; in fundo oris carunculæ dentiformes majores, acutæ, latæ & albæ, molles. Mire cutem perforat, relicto vulnere triquetro. In ſupina parte punctis cinereis. Paſſim in ſtagnis & foſſis, inprimis paludoſis; in purioribus & fluentibus etiam albæ & perexiguæ, quales vel piſcibus aliquando adhærent. Ante aliquos annos in fundo meo civitatis inferioris Cyprinos breves ſive Caraſſos in Fiſcella ſervaveram, quos omnes poſt triduum ab hirudinibus conſumptos inveni, non niſi ſceletis ſuperſtitibus.

F I N I S.

O B-

# OBSERVATIO

*Doctissimi Domini*

## J. A. UNZER

## DE

# TÆNIIS.

Jam absoluto TENTAMINE HERPETOLOGIAE incidi in curiosam Observationem de VERMIBUS CUCURBITINIS, quæ extat in Diario Hamburgensi (Hamburgsches Magazin) Tomi VIII. Parte III. num. VI. Dignam judicavi latinitate donare, quo & Exteri ad hanc observationem attendant, & vel novis experimentis stabiliant, vel DUBIA ubi obveniunt resoluta nobis largiantur; MEA, quæcunque fuerint, *Observationi* cum pace amabili illustris autoris subjungam; forte annosa experientia eadem tolleret.

### *Observationem Dominus* Autor *brevi historia absolvit sequentem in modum.*

Inter tria genera VERMIUM, qui in intestinis hominum stabulari solent, origo latorum, qui *tæniæ* vocantur, perpauxillum cognita est & expedita. In eo *omnes autores conveniunt* „ teretes intestinorum Vermes non alios esse nisi vulgares lumbricos terrestres" qui per lacticinium, a quo in corpore nostro pabulum sumunt, ita mutant colorem, ut pro iis non haberentur, qui revera sunt, si experimenta eorum gratia instituta non sufficienter comprobassent, *lumbricos terrestres* etiam extra corpus animatum plane eundem colorem induere, lacte nutritos. Quum vero hæc animantia in aqua versantur, & sæpius in aqua reperiuntur, nihil magis probabile est,

quam quod ipſorum *ovula potatu* ingurgitemus, ubi per intercapedinem inordinatæ & tardiuſculæ concoctionis, calore naturali mediante excluduntur & nutritio ſucco adoleſcunt.

Ortus latorum tam facile detegi nequit, quia rariſſime extra corpus noſtrum inveniuntur, ceſſatque ſufficiens ratio, qua comprobaremus hos cum illis (teretibus) ejusdem eſſe originis; notavit quoque Dn. *Linnæus* in ſuo ſyſtemate naturæ, tanquam inſolitum quid, vermes latos aliquando extra corpus hominum & animalium offendi: „ Tænia, inquit, huc uſque pro ſpecie paraſitica habita eſt, quum „ in hominibus, canibus, piſcibus frequentiſſime ſolitaria reperta „ fuerit, & maximum negotium illis faceſſat, qui in indaganda ge- „ neratione animalium diligentem operam contulerunt. Ego vero „ in itinere Reuterholmiano - Dalekarlico anno 1734. conſtitutus in „ præſentia ſeptem ſociorum meorum hanc inter ochram acidularem „ Jaernenſem inveni, quod maxime miratus ſum, quum aqua aci- „ dulari ejusmodi tænias expellere plurimi tentant. Hinc ſequitur, „ vermes iſtos non oriri ex ovis inſectorum, muſcarum vel ſimilium „ (quod ſi fieret nunquam multiplicari poſſent intra tubum inteſtina- „ lem, & ſecundum gradum metamorphoſeos perirent) ſed ex ovis „ vermium prædictorum, una cum aqua bibendo hauſtis; unde pa- „ tet, medicamenta inſectis adverſa non per conſequens vermes ne- „ care." Raritas ejusmodi obſervationum attentionem meretur; forte non injucundum erit, aliam hoc loco annuntiaſſe: „ Fœmina „ quædam doloroſis tumoribus & excreſcentiis, quæ hæmorrhoides „ cœcas concomitari ſolent, *Germ.* Maſtkörner / Feigwarzen / Zacken „ vocatis, per plures annos vexata, ſtatis temporibus, quibus „ ejusmodi *tænias* excernebat, longe majores a *Condylomatibus* ſen- „ ſit dolores, & ſolita medicamenta tunc ullum levamen conciliare „ non valebant, conſilio igitur accurrendum fuit, ut vermes expel- „ lerentur; ſed profligatis antiquis ſuccedebant novi paucis abinde „ diebus."

Suſpicionibus judicavi de *aqua* non niſi a *certo fonte* ad uſum quotidianum hauſta. Poſtquam uſus hujus aquæ fuerit intermiſſus, non ſolum *condylomata*, ſed & *tæniæ* ſimul & ultronee diſparuerunt; ſic me conjectura duxit, aquam hujus putei continere copiam ovulorum taeniarum. Attentionem ſuadebam, quæ plus revelabat. Ipſi vermes ſeſe manifeſtabant. Nonnulli hic illic in aqua exanimati, nonnulli vivaces; ſed præcipua obſervationum fuit coadunata horum vermium ſeries ad longitudinem duorum palmorum, qui ſinguli ante-

teriore corporis parte invicem cum posteriore mutuo & arcte cohærebant, non aliter ac aliquando in corporibus animantium offenduntur. Vitam agebant omnes, modusque quo sibi invicem alimenta communicant, naturæ suæ insitus propriusque videtur. Hæc observatio simul resolutionem maxime probabilem tradit quæstionis: „quare ejusmodi vermes rarissime extra corpora viva offendantur?" Quippe revera eorum cognitio accuratissima habenda est, si certi esse volumus, illos eosdem esse, qui in intestinis stabulantur. Distinguunt sese partim colore, partim magnitudine. Vermes aquæ fontalis, saturate grisei erant coloris super rubescente, pallidiore tamen colore quam in lumbricis terrestribus. Qui ex corpore prodeunt albescunt; & haud difficulter comprehendimus, quod circa latos eadem subsit causa, quæ est juxta teretes, nimirum *succi lactei* usus. Vermes fontales *dimidio* erant *minores* præ illis ex intestinis; & quid mirum! quum nec *calore*, nec lacticinio nutritio fruantur. Quodsi in posterum paulo accuratius ad differentias attendere velimus, nullus dubito, quin *lati* vermes tam crebro, quam iterum iterumque teretes, in aqua tali comparerent; qua ad potum utuntur illi, qui cruciatibus eorum sunt afflicti. Insuper ex hac relatione cautio suadet; ne MEDICUS leviter judicet de regimine obsonii potusque ægrotorum, etiamsi juxta rigorosissimam methodum comprobare possit, originem morbi unice in Plethora vel in acrimonia corrosiva esse quærendam; ad quas ambas causas multi de hæmorrhoidibus cæcis judicantes tantummodo refugiunt (*).

ALTONA. J. A. UNZER.

## D U B I A
### *nobis*
## O B O R T A.

I. Non ausim affirmare, in eo omnes autores convenire: TERETES intestinorum VERMES non alios esse, nisi VULGARES LUMBRICOS TERRESTRES. Autores in Commentariis ad §. XXXII. & XXXIII. in medium producti non omnes *Mousetum* sequuntur, nedum illi qui anatomen & *terrestrium* & *intestinalium* susceperunt. Con-

(*) D. *Herreschwands* remedii *Helveti* specifici contra Tænias, mentionem fecit Dn. *Bonnet*. cit. Differt. sua de tæniis.

Confideratis quippe ftructura & habitu corporis amborum, non levis apparet differentia inter teretes Spůl-Würmer / Kinder-Würmer / & inter teretes terreftres, Regen-Würmer ex mente omnium autorum, nifi mirabilem finxeris metamorphofin. Inteftinalibus nullum cingulum, nulla fafcia in dorfo; omnibus terreftribus, una fpecie excepta, fi recte obfervavit *Redi*, conftanter fafcia adeft; hi per integram longitudinem vifibilibus inftructi annulis, quibus illi omnino carent. Circa cingulum (*comment. Qqq*) five fafciam modus congrediendi in terreftribus haud difficulter omni tempore obfervatur; congreffus inteftinalium longe alius (*comment. Yyy*): differunt itaque & interanea inter *utrosque* haud parum. *Terreftres* porro habent afperitates ventrales & laterales, adeo ut autores eas pro pedibus analogicis venditaverint, anguium more (*comment. Ppp*). Color nihil facit ad rem; fi caufa lumbricorum modo fuerit transacta, de lacticinio mox conveniremus. In renibus luporum nonnullos lumbricos, fœminas omnes, offendi faturate fanguinei coloris, mares perpallidos in uno eodemque receptaculo, unoque tempore. Mares quoque & fœminæ *inteftinalium* valde diftinguuntur a maribus fœminisque *terreftrium*. Vide figuras noftras ad naturalem magnitudinem factas & expreffas, quæ fine difficultate cum terreftribus conferri poffunt; & *quæ plura*.

II. Dubium. Quæritur, an Lumbrici terreftres fuâ natura ita fint comparati, ut ipforum ovula aqua haufta in corpore animante excludi & nutriri poffint? Natura lumbricorum *terreftrium* frigidula eft, caloris impatientiffima. Domicilia fua habent in terra, hinc & *inteftina terræ* vocantur; non exeunt e terra, nifi communiter *noctu*; radios folis vel ex aurora fugiunt, conduntque corpora fua vel fub terra, vel in locis mere umbrofis & fub lapidibus; fi in fimetis ftabulantur, non quærunt calida fterquilinia, quod in hortis noftris obfervare licet, fed emortua; quin potius recenti fimo tecti ftatim moveantur, ut fefe vel nimio calori vel fervori fubtrahant, & ubi exitum non inveniunt, exfpirant. *Inteftinalium* natura plane diverfa & contraria; impatientiffimi enim funt liberi aëris, qui ipfis mortem fert. OVULA (vid. figuras noftras) longe alia præ ovulis lumbricorum *terreftrium*, (confule *Valisnierum*): horum paftum dixeris *terram adamicam* (*), non lacticinia qualiacunque, illam quidem aqua rorali fracidam. Neutiquam aquam quærunt fed averfantur, & cum non nifi ex cafu in aqua reperiuntur, ex aqua cito emergere alla-

(*) Reine Erde.

laborant, quod in aqua ſubſiſtere nequeunt, glebæ terræ adſcripti vermes; nedum, quod ova ponerent in aquam, unde cum aqua hauſta ovula ingurgitaremus: nam *terreſtres* vulgares nihil commune habent cum fluido. Certiſſime exploratum habemus, ova ſua ſingulari figura ſupra terram ſub herbis ex averſo ſole deponere. Jam dixi, colorem nihil ad rem facere; nec opus eſt experimento cum lacte; non lac nec aquam bibunt *terreſtres*; ſic & lac inteſtinale & hypotheſis ſuper eo fundata fallere poſſunt. Sed ſume vel patinam aqua plenam, talem quidem, ex qua evadere non poſſit lumbricus; ſucceſſive mutabit quidem colorem, quaſi febri correptus; & quo fiat pallidior vermis, eo morti erit proximior in aqua. Non eſt opus, ut hæc omnia conferrem cum teretibus inteſtinorum lumbricis. Differentia eſt in aprico, unde difficulter mihi perſuadere poſſum, inteſtinales lumbricos non niſi lumbricos eſſe vulgares & terreſtres. Uberius hanc materiam tractavi in Schediasmate de ORIGINE VERMIUM, in ſpecie PEDICULORUM corporis humani, quod cum *ſocietate* noſtra communicavi. Sed quid dicendum de *Lumbrico* tereti *aquatico* (§. XXXIII.), in ſpecie de *Lumbrico Gordio*, *Linnæi?* Guineyworm *Hughéſii* (comment. *Uuu*). *Sloanius*, *Kämpferus*, *Liſterus*, *Aldrov. Linnæus* uno ore affirmant, morbum, quem inprimis *Nigritæ* ex hoc verme contrahunt, aquæ hauſtæ originem debere, vermesque ex ovulis in aqua fluctuantibus intra corpus humanum generari. Sed unde eſt, quod Gordius commorari nolit in corpore humano, nedum in inteſtina ingredi, ubi tamen excluſus dicitur, ſed *ex transverſo* per corpus *in lumbis*, *pedibus*, *brachiis* exitum quærat, non interanea, quod mirum, ſed carnem cutemque perforans, vermis agilis & inquietus? Sane majori probabilitate militat *Hugheſius*, quod potius *per poros* intrent in cutem lavantium negotioſi & pertenues vermes, non intrantes in viscera, ſed rurſus exitu ex cute ſibi proſpicientes, quam quod hauſtis ovulis vel in Stomacho (quod *Ariſtoteles* propter concoctionem abſolute negat) vel in inteſtinis citius excludantur; utique, me judice, concoctione & digeſtione citius deſtruerentur ovula lumbricorum in plane alio elemento, natali ſuo elemento, fluido ſcilicet aqueo, e diametro contrario; niſi hypotheſin illam alteri hypotheſi ſuperinſtruere velis; ovula lumbricorum vel terreſtrium vel aquatilium in ſtomacho vel in inteſtinis non digerenda ſua natura. Nullam video difficultatem, quare vel in microcoſmo vel in aliorum corporibus animantium vivis ſtamina verminoſa adeſſe nequeant, & quidem ſui

generis, etsi non in omnibus evirescant; sic opus non habeo, inter tot DUBIA fluctuans, vermes tam operose aliunde allicere, ut probabilitas vix probabilis appareat, multisque difficultatibus obnoxia; & unde, quæso, derivarem varios variarum partium corporis vermes, de quibus in *Comment. Www.* plures vide apud *Paulinum* de morte verminosa. INSECTA & VERMES orbem valde speciosum conficiunt, ut vel genera vel species per secula maneant inexhausta; licet autem genera in similitudine specierum, species vero in similitudine individuorum consistant, species tamen & individua per se manent diversa; longeque abest, ut eadem essent.

III. Quod ad *Tænias* attinet, non adeo miror, sicubi in aqua inveniantur, quæ cum tæniis intestinalibus similitudinem habeant: mirarer potius, si TÆNIÆ & pro aqua & pro intestinis animantium essent procreatæ: ulterius, quod nunc demum in aqua ad usum quotidianum & quidem ex publico puteo *tæniæ* earumve ovula comparuerint, & quantum novimus, unica fœmina ex tota universitate, *tæniis* fuerit infecta atque cruciata. Cæterum meo qualicunque modulo judicii, causa TÆNIARUM non melior, nec harum jura pinguiora esse queunt, quam *lumbricorum* sunt aquaticorum; hi non pro terra nec pro intestinis animalium, sed pro aqua; terrestres vero non pro corporibus vivis, nec pro aqua, sed pro terra; prout *Ascarides* paludum non pro corporibus & aqua stagnali, neque pro sicco, sed pro palude existere, sentio. Ipse Doctissimus Autor ait, quod Ortus latorum sive tæniarum tam facile detegi nequeat, quia *rarissime* extra corpus nostrum inveniuntur; sic ulteriori experientia opus habemus. Cæterum cum D. *Bonneto* facimus tæniam non esse coadunatam vermium seriem: sed pedem figo.

---

LACTANT. III. *de falsa Sap.* VI.

Ubi Sapientia est? Ut neque Te omnia scire putes, quod DEI est, neque omnia nescire, quod *pecudis.* Est enim aliquod medium, quod sit *hominis*, scilicet: SCIENTIA CUM IGNORATIONE CONJUNCTA & TEMPERATA.

Fig:2.

Fig:1.






Fig:3.





J: Wandelaar Sculp.

TAB: 11.




J: Wandelaar Sculp.